
6
20-c
6


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
5 F
3



IOANNIS AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij Epigrammatum.

LIBER I.

Cum indice locupletißimo.








PARISIIS,

Apud Gulielmum Linocerium Monte diui Hilarij Ad insigne vasis aurei.

1586.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





AD ILLVSTRISSIMVM Principem Carolum Borbonium Cardinalem Vindocinensem.



Rphea dulcisono qui pectine saxa trahebat,
Threicias traxit carmine quíque feras.
Non potuisse ferunt Bacchas mulcere feroces:
Sed vatis sacrum diripuere caput.
Orpheus non ego sum, sed fato natus eodem,
Membra feris vt sint dilacerata mea.
Cantaram teneris iuuenilia carmina ab annis,
Francisco primo sceptra tenente manu.
Quattuor ex illo iam tempore Regibus vsque
Præstitit officium nostra Thalia suum:
Nec satis hoc, docui multos Græcè atque Latinè
Francica, & externa de regione procul:
In lucem tamen emisi vix pauca coactus:
Non auidus laudis non auidúsque lucri.
Discipulis sibi nec mihi consuluere docenti?



Sed pius vt genitor, nil quibus inuideo.
Hoc tantum precor, vt quem quatuor ante priores
Nutrierant, quintus nutriat ipse senem.
Quòd si Rex faciat te mi Patrone fauente
Carole musa memor nostra perennis erit:
Tu tamen interea mea quæ velut Orphia mẽbra
Carmina sub prælum rapta dedere mihi.
Consule missa boni, defende tuóque fauore:
Donec quæ seruo condita, per poliam.

Ad Regem.

REgibus è Francis, quorum celebrata per orbem
Virtus & Pietas, hanc Lodoïcus priùs ædem
Struxerat Vndecimus quã Henricus Tertius auget
Terna ferens vera pro Relligione Trophæa.

Version.

DEs Rois François, desquels la deuote prouesse
Estoit par l'vniuers celebree iadis,
Ce saint Temple bastir fit l'Vnziesmue Lois,
Qu'a present de HENRY *Troisiesme la largesse*
Enrichit d'vn Portail tresdigne d'vn tel lieu,
Trois Trophees potãt pour la foy d'vn vray Dieu.

Ad eundem Regem.

SI mea præcinuit populis te Musa Polonis
Regem, cur tibi non præcinet imperium?
Irrita non vatum sunt omina: tu modò cura

Dignus vt imperio sisque vocante Deo.
Tu fortis Rex ille, Dei qui numine solo
Imperium potiens, Thracia Regna domes.
Externis ad quem veniet captiuus ab oris
Auro vinctus, & hinc nomine Victor eris.

Ad eundem Regem.

CAuit Alexander ne quis se præter Apellem
Pingat, Alexādro Rex nō minor, eius & vxor
Ora vetant suâ ne nisi Curtius vllus adumbret
Tam bene qui vultus & sensus exprimit arte,
Vt præsens coràm videatur vterque videri,
Rex Diuûm similis, similis Regina Dearum.

Ad eundem Regem.

MAgna priùs fuerat, sed magna Lutetia quamuis,
Tunc contenta suo duplice ponte fuit.
Tertius Henricus sed nunc dum regnat in illa,
Ter maior triplici ponte superba tumet.

Ad Carolum IX. Gal. Regem.

INter quæ generis sunt stemmata maxima clari
Es multi sobolis cùm numerantur aui,
Stemmate deficitur non hoc domus Austria multo

Qui non est ducibus plus numerosa suis:
Qua nec plus lauris, plus est nec onusta trophæis,
Déque Saracenis, déque Maometicis.
Cuius Cæsareum iam penè domestica res est
Imperium, serie continuata patrum.
Vtque alios taceam, quantus bellóque, togáque
Carolus ille parens, Elizabetha, tuus.
Non igitur sine mente Dei fatale tributum,
Quod tibi nascenti nomen & omen erat:
Nam claris abauis tibi qui numerantur auorum
Ter, quater es fœlix, atque beata tuis.

AD HENRICVM III. GAL. Regem.

Heu quantis vicibus versat terrestria cælum
Reges, atque Duces, quíque sequuntur eos.
Dux erat HENRICVS, *necdum Rex, cùm mihi victor,*
Sponte triumphantem dum cano, dona dedit.
Gloria mox creuit vixdum crescentibus annis,
Et iam de Duce Rex ille Polonus erat.
Auspice te rursus dedit vltrò dona Philippo,
Rex mihi creuerunt cùm Duce dona suo.
Et creuêre tui dum Rex quoque creuit honores,
Creuit & in Regem qua tuus vsque fauor.
Sed vice diuersa decrescere quod mihi dona
Regia tu pateris miror, & inde queror.

Principe digna canens, tunc Principe digna ferebã
Ante preces, mea nunc pondere vota carent.

Ad eundem Regem.

I*Re redire viam loca per sibi mille periclis,*
Atque infesta suis humanæ viribus artis,
Maius opus, quis cum tam paruo tempore credat,
Gallia, te bellis ciuilibus vndique motam,
Tam citò iusta sui sub Regis sponte redactam;
Augurium præsens, quod vt illi fata canebant
I*mperio totum terrarum quod premet orbem,*
Quæque triplex Laurus viridi de fronde coronam
Tres mundi includet triplici Diademate partes.

Ad eundem Regem.

H*Esione monstro fuerat deuota marino,*
Triste maris monstrũ terruit Andromeden,
Sed seruauit vtramque Patris Iouis vtraque proles
Hesionem Alcides, Perseus Andromeden.
Nunc nouus Alcides rediit, nunc Perseus alter
Alteràque Hesione, rursus & Andromede.
Alter in Hesionem nimiùm crudeliter instans,
Alcides, Perseus quam nouus eripuit.
Herculis ergo datum nõ nomen sed fuit omen,
Monstra maris perdens Perseus *alter erit.*

Ad eundem Regem.

DIcitur Admeti vaccas quod pauit Apollo,
Et seruire homini non puduisse Deum.
Seruiret Regina tibi si spectat Apollo,
Admeti cedant vt stabula alta tuis.
Sol tibi Lampetiem & Phaëtusam mitteret vltrò,
Nec violes sacras impie Vlysse boues
Augiæ stabulum, nec qui purgasse superbit
Multos pérque annos, innumerósque dies.
Hac si prætereat longi sudore laboris
Nil vbi purgandum est inueniet quod agat.
Tota domus pura est, rus purum, armentáque pura,
Purior est tota sed Domina ipsa domo.

AD REVERENDISSIMVM CARDINALEM REN. BIRAGVM Galliæ Cancellarium.

QValem fama refert Lucam pinxisse Mariam,
Qualis & in Veneta dicitur vrbe coli,
Qualis Iudæis, & qualis visa Prophetis,
Nigra quidem forma, sed nigriore decens.
Amplectens puerum, toti qui præsidet orbi,
Quíque breui fertur pagina magna manu.
Non matri arridens, quia nunqnam risit Iësus,
Plorauit lachrymis sæpe Signa suis.
Talis in ære datur, sed picta coloribus istis,

Non ulli potiùs quàm manifesta tibi.
Tu Francis, Latiis versatus in omnibus oris
Inter magnates maxima quæque gerens.
Dignus es hoc habeas qui magni pignus honoris,
Materiæ pretium cui sua forma dedit.
Vilis enim vitri vario conflata calore,
Materies operis vincitur arte sui.
Tu quoque ne pretio donum metire Biragi,
Sed dantis bona mens sit pretiosa tibi.
Sic faciat puer ille, parens quem sustinet vlnis,
Cùm fueris, vt sis, sisque quod esse velis.

Ad D. Pinceum.

COnsilium mihi das multum, Pincee, salubre
Aurea vt articulos dinumerata leuent.
Sed mihi quis dabit hoc si quæstor ipse Chiragra
Vel patitur simul ac, vel magis vsque pati:
Nam numerare negat mihi quę debentur in annũ,
Consilium dederas, quis dabit auxilium.

Ad Patrem.

IVris amans genitor sumptúque suóque labore
Hosce suburbanos iamdudùm acquisiit hortos:
Filius æternum cupiens patris esse suúmque
Nomen, in his istas præclaras condidit ædes.

Hunc fundũ sumptúque, suóque labore parẽtes
Quæsierant, essem cuius morientibus hæres.
Horum ego successum simul exemplúmque secutus,
Quem mea posteritas habeat, magis ac magis auxi.

Ad Paulum Patutam de vita ciuili.

Ciuilis species quæ perfectissima vitæ,
Quǽque foret numeris plena futura suis.
Ipsa suo dederat quæ primas condidit vrbes,
Non sine Mercurio Paule Paruta tibi.
Illam tu dictãte Deo describis vtroque
Pallade Consilium, Mercurio Eloquium.
Sed verbis italis totidem quæ Gallica verbis
Brosseo expreßit numen vtrumque fauens.

In hereticos.

TOrquatis equitum fuerãt insignia quondam,
Angelus & Dæmõ sub cruce toruus hians.
At nunc quæ Huguenotis, odio quibus Angelus & Crux,
Aut quę digna piis Rex sua signa dabit:
Secta vt Relligio est, ita secta insignia dentur
Crux, Michaélque piis, Dæmon at Huguenotis.
Conueniens ratio est, vt Dæmona Dæmones ipsi
Præ sese portent, qui sua colla premat.

Ad Diuam Seciliam.

Non sine te te Diua, canam, tu suggere laudes
Ipsa tuas, sponsíque tui, fratrísque mariti

Triplicis, vna tribus tu námque es causa coronæ,
Secilia-vt laudum mihi iám nunc copia desit
De te, déque tuis, tu térque quatérque beata.

Ad.D.D.Saucurtum.

Corporeis oculis animi manifesta videri
Si posset virtus, quos ciet igniculos?
Cuius amor tantus mentes dominatur in altas,
Mutua vt inter se fata subire velint.
Sicut amore pio iuuenis coniunctus vterque,
Euryalus Niso, Nisus & Euryalo.
Euryalus poterat Niso superesse relicto,
Sed vetuit socio par superesse fides.
Tu quoque Saucurti poteras nunc esse superstes
Moïudo, tibi qui sanguine iunctus erat.
Iunctior ille tamen virtutis amôre fidéque,
Causa necis cuius fit tibi causa necis.
Moïus vltorem patriæ dum cædis iniquæ
In necis authorem te, Morauelle, parat.
Ecce Deus vindex nece litem vtriusque diremit
Elysium de qua quæritur ante forum.
Hinc tamen alterius pietas manifesta parenti,
In socium alterius certa, tenáxque fides.
Sícque Soicourti iuncti pro sanguine pugnans
Factus es vitæ, sic comes ipse necis.
Quod Deus antè tibi fatali sorte canebat,
Antè ego quàm muter, sim moriturus ego.

Ad MARGARETAM NAVARRÆ REGINAM DE MEdranę Nauarri equitis libro.

PEr freta, per terras volitans eques iste Nauarræ
Margara dum quærit Margari digna tibi.
Hoc reperit dignum te Margari Margaron vna,
Quale sub Eois fluctibus eruitur.
Quale nec in Cnidiæ pendebat imaginis aure
Ortá que de concha detulit illa sua.
Qualę nec Aegypti Regina quod hausit aceto
Dilutum ad festas luxuriosa dapes.
Talia nam pereunt aut furto Margara casu,
Aut alio datur hoc quod sine fine manet.
Nam quia perpetuos Regina mereris honores
Perpetuo vita es munere digna coli.

Ad. D. Nicolaum.

Aurea mala dedit culti mihi villicus horti,
Anni omen, quæ do. Nicoleae, tibi.
Omen vtrique simul fœlix quòd fuluá Draconis
Sim tibi Mæonii mala daturus ego:
At mihi quod patris me commendante fauore,
Aurea mala mihi qui numerabit erit.
Parua, sed ô fœlix, casa sub qua vagiit infans
Lac suxítque Deus, superas tu rapta per auras
Angelicis manibus picena sisteris arce]
Mille procul votis voti factura potentes

Ad D.D.Cailu.

THeseos in socium laudetur amórque fidésque,
Quem repetisse ferunt à Styge Pirithoum.
Et tua par pietas Cailu fuit in Mogeronem,
Cui comes ad Lethes ausus es ire lacus.
Viuus enim extincto poteras superesse sodali,
Cùm simul hunc audis iam periisse peris.
Si forte infernis posset reuocare tenebris
Illum, qui pro te lumine cassus erat.
Ambos sed pariter tenuit Radamanthus vt esses
Túque nouus Theseus illéque Pirithous.
Forsan & hæc pietas alterna merebitur olim,
A Styge vt Alcides vos nouus eripiat.

Ad D. D. Marianum.

ORe fidéque potens, prudenti pectore Præsul,
Et pius, & constans vir Marianus erat.
Artibus ingenuis multos curauit alumnos
Exemplo & propriis sumptibus institui.
Ad finem vsque Patrum vestigia prisca secutus
Longum æuum meruit dignus habere patrum.
Spiritus astra tenet, tumulo sed membra quiescunt,
Expectátque diem dum Tuba magna sonet.

Ad D. Cottoneũ magistrum à supplicibus libell.

COttoni decus vnicum magiſtros
Inter ſupplicibus ſuis libellis
Quos Rex præficit hunc legas libellum,
Quem pro fratre negtióque fratris,
Me fraternus amor tibi coegit
Claudum mittere de graui Catharrho.

Ad. D. D. Pinponſium.

QVi magni tenebras nunc illuſtrare Maronis
Auſus es, & tantæ rupis inire ſinus:
Vnde per ora nouem magno cũ murmure fontis
Vnda ſonat, totidem quæ facit vna lacus:
In quos haud vlli caua merſa profundius vrna,
Quàm tibi, Pinponſi lingua vtriuſque decus.
Túne vltrò me ſacra vocas ducturus in antra?
An tibi ſum viſus digna in illa comes?
An magis in proprium non ambitioſus honorem,
Me quoque partem aliquam laudis habere cupis.
Quamlibet ad monti ſocius ſim debilis alti
Culmina non dubitem te comes ire duce.
Ergo te ſequor & iuga te præeunte remota
Scandere prenſandis vepribus aggredior.

AD AMPLISSIMVM VIRVM
Petrum Thermeum Senatorem.

THermæum iubet Aurati saluere Camœna,
Iustáque si quando nunc est mihi causa salutis
Mittendæ, tua Thermæus iustißima cura
Filius ille, meas venit qui nuper in ædes,
Ad quas migraui tanquam fugitiuus ab Aula,
Cum Musis studiísque in gratiam vt inde redirem:
Aulica nam passus fastidia mille per annum,
Hunc tandem in portum ventis iactatus & vndis
Nauseam vt euomerem tanti maris, alter Vlysses
Euasi, atque ita me Nympharum lætus in antrum
Reddidi, in illarúmque sacraria grata recepi,
Nil satius ducens grandi, nihil aptius æuo,
Inter quod iuuenes studiosos vsque frequenter
Versari, & quæ scire dedit mihi longius æuum,
Socratis exemplo senioris rite docere.
Nam cùm ductor ait, Tharcensis paruulus essem,
Tunc puer, vt paruus sapiebam, grandior at nunc
Cùm sim, grandia iam nugis me tempus omißis
Curare, & vanos pueris dimittere lusus.
Ergo non multis, sed paucis, quos ego legi
Vel qui me potius legere suis velut aptum,
Artibus & studiis ad me venientibus vltro,
Vtraque magniloqui mysteria rimor Homeri,
Siue per Iliacos Regum, populíque furores,
Vnde quid ira decem nacta t funesta per annos
Discitur, & quòd clara Ducum capita egerit orgo:
Siue in Vlyssæis erroribus, atque periclis,
Non modò quanta fuit duri patientia Nautæ,

Quantum consilii, pietatis, iuris & aequi,
Et quantum moderati animi speculamur in illo,
Quem sibi virtutis perfectum exemplar ad vnguē
Proposuit describendum diuininus Homerus,
Seria multa iocis inuoluens, veráque fictis:
Qualis apud Veteres nondum corrupta sophia
Virginis instar erat sinuoso insignis amictu,
Vnde suum peplum doctae sumpsere Mineruae
Cecropidae, variis quod acu pinxere figuris,
Sistere Palladia soliti quod in arce quotannis
Donum insigne Deae, & Sophiae mirabile textum,
At nimis infoelix, rerúmque ignara latentum
Aetas posterior quae prisca poemata vanas.

Ad Iulium P. M.

R*Em Romulam Troianus olim condidit*
Iulus Aenea satus.
Rem Romulam Romanus olim perdidit
Patriae tyrannus Iulius.
Vt Iuliis, sic Iuliorum posteris,
Quos Iulianos nominant,
Par nomen est dispar, sed omen nominis
Huic optimum, illi pessimum.
Ecclesiam nam Iulianus perdidit
Apostatarum signifer:
At perditam nunc restituis Ecclesiam
Medicae Iuliane tu.

AD D. D. GRIMOALDVM
Priuuis à Consiliis regis.

FRanciscus situs hîc Grimoaldus, nomen auitũ
Nobile in externis, nobile & in patria.
Ambiguum magis an iuris laudandus ob artem,
Moribus an per quos floruit ille probis.
Námque gradus per tot, quibus est euectus in altũ,
Eius spectata est inuiolata fides.
Primùm à consiliis Regis, Regísque Patronus
Andibus, integram præstitit vsque fidem.
Pauperibus, viduis, pupillis, innocuísque
Maximus vsque fauor, terror & vsque malis.
Tales ob dotes vltro Regíque Polonûm
Henrico adscitus, Andegauúmque Duci.
Eius consiliis præfectus, & deinde libellis
Supplicibus, post sex lustra bis acta abiit.
Vxori, & natis, popularibus atque propinquis,
Morte sua linquens perpetuas lachrymas.
Talia qui legis, & luges pie fata viator,
Ne luge, potiùs fata beata lege.

In mortem Ducis Guisij.

INfamis locus hîc, vico & sceleratior illo,
In quo currum egit per cæsum nata parentem,
Cæde Ducis Guisii, pietate insignis & armis,
Insignem per perfidiam, quem transfuga miles
Perculit insidiis, hac signatus cruce sancta,
Nunc insignis erit testis, quod pro cruce pugnans
ib

Fraude fides periit, scelus omne insigne per æuum,
Victa sed à cruce fraus fidei dat habere salutem.

IN ALEMANVM COMMISSARIUM PRÆTORIANUM.

Inter eos benè qui commissa negotia curant
Sub Prætore, vetus nomen & inde ferunt:
Vnus erat cui prima fides, Alemanus, & in quo
Nec pretio integritas, nec violanda prece.
Publica qui rerum pariter, priuatáque tractans,
Assiduè parti gratus vtrique fuit.
Hunc igitur mors quæ legit optima quæque priora,
Optimum vt elegit, optimum & eripuit.
Ille quod vt sensit, fatis iit obuius vltrò
Conscius in vita quàm mora longa grauis.

AD D. PINPONCIVM PRIMI consessus Senatorem.

PRimi prima cathedra cùm Senatus
Præses ille Thuanus occidißet,
Dignus perpetuo dolore plangi,
Digna perpetuis ob acta factis,
Omnis vndique Curia, & Aula tota,
Dum partes oculos refert in omnes.
Et quis carmine prosequatur apto
Dignum carmine Præsidem perenni:

Nullus visus ei sat esse dignus
Tantis funeribúsque lachrymísque,
Quàm Pinponcius ipse, cui propinqua
Vt semper fuerat seni cathedra,
Sic doctrina, fidésque ei est propinqua.
Quare Nestore si doles adempto
Regis concilii foríque primi
Ad partes venias tuas forenses,
Lestum Præsidis ad fori canendum,
Quem anni mille, alii gemántque mille
Non te dignior vlla Præficarum.

Ad D. Gulonium.

INfirmus facio si carmina firma Guloni,
Qui firmus facerem si mihi firma dies.
Hæc sed vt est mater, sic illa nouerca dierum,
Est nouercalis ista reperta mihi.
Hesterno (nisi fallor) ab immodicóque labore,
Carmina dum voluens quærò aliena meis.
Cur non inuitus tamen inuitatus adirem,
Non mihi lis tecum malo satisfacere.

Ad. D. Huraltum.

IVs gentium violare quàm sit impium
Testatur exemplum recens.
Errantibus nuper Boemis Principis

Permissu atrox iniuria
Est facta, equósque sarcinásque vt perderem,
Facinus Deus sed vltus est.
Nam sceleris author non timens ab exteris
Securè excepit in suos.
Pœnas reposcunt nunc sui, non exteri,
Vtrisque pœnas sic luet.

Ad Philipp. Portæum.

QVod, Portæe, dies iam plures inter amicos
Non ego me numero, sicut & antè, tuos.
Et tibi quam solitus sum præsens ferre salutem,
Hanc nunc absentis fert mea charta tibi.
Causa, grauis cunctos morbus qui sæuit in artus,
Interdum tamen est mitior ille mihi.
Mitior & quoties factus permisit vt vltro
In nostras veniat penna resumpta manus.
Quòd veniat non est in nostra frequentius ora,
Nomen Portæi quàm mihi dulce mei.
Musarum qui porta patet venerantibus illas,
Porta & eis Aulæ semper aperta patet.


Ad Claudium Binetum.

QVid non ah mala fert mali senectus??
Qui lectúsque valénsque nuper ad te
Mi Binete venisse, visitatum

Vltrò venerat, ipse visitandus
(Heu nescis) tibi nunc iacet sed æger:
Nam quædam capitis grauis grauedo
Summo vertice crura ad ima fluxit,
Vt nec stare nec ambulare possit.
Donec tu tamen allocutione
Hunc solere tua; sibi parandum
Hoc solatioli genus putauit
Ad te vt scriberet, & tuũ patronũ
Communem, aut potius tuum suúmque,
Si communia sunt vt esse dicunt
Omnino omnia mutuis amicis.
Ergo tu propiore cui facultas
Vti colloquio pii patroni,
Huic, si forte videtur, hos legendos
Tradas versiculos, eique dicas
Hic est census ægri tui clientis.

Ad D. Geleum.

SI lis est mala res, si ius res optima semper,
Et rerum breuitas est vtilis vsque malarum,
Fac lis vt breuior mihi fiat, amice Gelæe
Iuris iustitiæque, quòd à te iudice iusto
Et precor, & spero, Soorni ne iniuria facta
Febre laboranti sit multa latronibus illis,
Prima qui de nocte ausi vexare pudicam
Matronam: Quòd si ebrietas prætexitur illis,



Duplice sint mulcta mulctandi, siue prophanos
Siue sacerdotes fuerint se se esse professi,
Quo fuerit duplex commissum crimen ab illis,
Primum est ebrietas, non iuris multa vetusti
Legibus, in Matronam aliud peccasse modestam.
Tertia & accedet, te Iudice, noxa duabus,
Est quòd ab indignis res indignissima noxa.

ADRENAT. PINCÆVN, REgis consiliarium.

R*Egius accersit me Quæstor, & ire necesse est,*
Excusatum me, si videatur, habe.
Si quid cessatum fuerit mihi luce professa,
Ipsa professa sequens, festáque restituet.
Interea, Pincæe, tibi, sponsæque, tuísque
Filiolis geminis quattuor vna salus.

In Mortem.

V*Isa sibi fuerat Mors in cruce, vincere Vitā:*
Sed decepta fuit, non victrix, victa sed ipsa:
A cruce nam vixit mortem mox vita resurgens,
Et nunc Vita refert victa de Morte trophea,
Primitias vitæ per sæcula cuncta futuræ.

Ad D. Faium Gumnasiarcham.

S*I mihi ius aliquod commendandi sit apud te,*
Hunc commendandi maxima causa mihi est,

Est peregrinus, egens qui conditionis honestæ,
Vt se commendem me rogat vsque tibi.
Ipse probat quàm sit doctus sermone Latino,
Ipse probat quàm sit doctus in arte chelys.
Si reuerere Iouem xenium, quem ius dare dicunt
Hospitibus, Fai, sit tuus hospes & hic.
Sin minùs, ac certè fac commendetur vt à te
Vnus vt amborum sentiat hospes opem.

Τοῦ μολοτητοῦ κλέος ἐτῶν ἑκατοντάδας ἄξας
Δώδεκα Μαρτῖνος μάρτυς ἔπειτ' ἐφάνη.
Ὀστέα γὰρ θεοσεπτα φλογοῖσιν ἔκηαν ἄσεπτοι
Αἱρετικοὶ, σποδιὴν δ' ἐνθάδε κάλπις ἔχει.

Versio ad Verbum.

COnfessoris gloriā annorū centurias cùm egisset
Duodecim Martinus, martyr deinde euasit.
Ossa enim veneranda flammis combusserūt impii
Hæretici, cineres autem hîc vrna habet.

AD BEATISSIMAM VIRginem Lauretanam.

PArua, sedô felix, casa, sub qua vagiit infans
Reptauítque Deus, superas quæ rapta per auras
Angelicis manibus Picena sisteris arce,
Inter virgineas sub virgine præside lauros.
Hîc vbi mille procul venientes vndique turbæ
Munera vota ferunt, voti redeúntque potentes.

Rex.

Foelix prole tua, fœlicem da mihi prolem.

Regina.

Reginam dedit esse Deus, des esset parentem

AD BARONEM SENECæum, Regiæ aulæ Prætorem.

Liber eram veniens nuper nouus hospes in Aula
Hospitio liber sed cariturus eram.
Cùm Senecæ tuos vidi vagus ecce ministros
Captiuum illorum méque dedi manibus.
Nec mora me duxere suas tua turba sub ædes,
Sic opportunæ copia facta domus.
O mala libertas, qua dum fruor, indigus erro
Hospitii, captus nunc fruor hospitio.
Sed tua captiuus si non Senecæ frequento
Tecta, quibus capiat liber & ipse capi,
Da veniam, si non mauis captiuus vt ipse
Sim tuus, & tua sit carcer amica domus.

Ad. D. Bongarsium.

Trogum truncarat senium, miseratus at illum
Iustinus solido corpore restituit.
Sed qui restituit, senium dum rursus & ipsi
Inuidet hũc carpsit dente nocente libris.
At tu nunc, Bongarsi, ambos miseratus, vtrũque
Restituis, truncum Iupiter vt Pelopem.

Ad D. Boquetum.

Vidi cui puerum vis commendare docendum
Mi Boquete, meíque & maxima cura meorũ
Et postquam vidi, visúmque per ipsa notaui
Scripta palam dicto quæ docta recẽsuit Euæ,
Vinci me passus vero & dare sponte coactus
In tua vota manus præsenti pignore testor,
Quod non dignior est cui Simon detur alendus,
Dum puer est, dum lacte nouo tenera indiget ætas:
Distuero seros sin me Deus æquus in annos,
Partem opere in tanto dabit & mihi sera senectus.

AD PHILIPPVM HVRALTVM vnicum doctorum Patronum.

Me commendasti, sed commendatio pondus
Non habuit, morbo præueniente graui.
Causa fuit morbi Aulicus, ipsa senectus,
Quæ morbus grauis est, tertia pauperies.
Irrita nam annorum stipendia nostra duorum,
Nec signum Regis, nec tua cera iuuat.
Quid faciam senior, paupérque, ægérque, Philippe?
Ad te sacra bonis ancora confugio.

AD D. THEOBALDVM SVdorium, & confessores integerrimos.

PRomisit tua sancta fides, sanctissime Iudex
Sudori, iusto sua reddere iura clienti,
Aestiuo cùm iustitiæ fora clausa paterent
Mensibus ecce patet plusquàm tribus antè reclusa,
Fac precor vt promissa fides tua certa sequatur,
Expediásque decem totos qui litigat annos,
Præda suo seruo dominus ne fiat vt alter
Actæon canibus scelus execrabile vobis,
Vestra Sacerdotes iuris quos iura vocarunt.

Ad. D. Huraltum.

DIuinum docuit quæ plurima Phœbus Homerũ
Digna Deo Musa, digna monente Dea.
Dum mecum recolens studiosa mente requiro
Quæ foret Huralto pars magis apta meo:
Protinus ecce mihi de Musis adstitit vna,
Aut adstare graui visa sopore mihi est.
Quídque, ait, in medio tu littore quæris arenas,
Vndas in medio quæris inepte mari.
Ecce vel in primo quo laus celebratur Vlissis
Carmine, quod quæris fas reperire tibi est.
Vel quia sacra canis prisci mysteria vatis,
Vel quia cui canis hæc dignus honore tuo est.
Námque fauet Musis Huraltus, si quis & alter,
Et decet hunc nostro semper ab ore cani.
Dixerat, & viridi tetigit mea tempora lauro,
Venit & in mentem quicquid Homerus habet.

Ilias ante oculos stetit omnis plena malorum,
Et stetit ante oculos error, Vlysse, tuus.
Cuius vt incepi primum perpendere versum,
Inuenio mira nomen ab arte nouum:
Inuenio tribuit soli quod nomen Vlyßi,
Et neque dat Regi, nec dat habere Duci.
Dic hominẽ mihi Musa πολυτρόπων decor ĩ vrbes,
Quem tulit & multas, & freta multa vagum.
Nec mora, cùm dubitans quid voce πολύτροπον illa
Tam rara vates significétque noua.
Pallas & ante oculos chari veniebat Vlyßis,
Sic veniens visa est tot mihi verba loqui,
Palladis ipse cliens cùm sis sub Pallade, nescis
Palladios omnes esse fauore viros:
Nec te musa potest nisi carmina nuda docere
Possum ego sub Peplo multa tegenda meo.

AD RENATVM VILLOQVIErum, Parrhisiæ vrbis gubernartorẽ.

TVnc cùm Parrhisiæ custodia gentis & vrbis
Commissa est cura, Villoquiere tuæ:
Tantus apud aues plausus Regíque, tibíque,
Hostem vt terruerit nominis aura tui.
Námque satellitio vrbísque Regísque remoto
Tuta per vrbanas it vaga turba vias.
Et quæ Iustitio longo fora clausa tacebant,
Libera Prætori Præsidibúsque patent.

In Bigamum.

Coniuge qui ducta semel, altera foedera tentat,
Naufragus immersus bis natat inter aquas.

AD AMPLISS. VIRVM STEPH. Nullium, Parrhisiæ Vrbi Præfectum.

Maxima quæ Francis quõdã fuit, est, erit urbi
Maxime nũc Præfecte ab auis clarißime Nulli,
Sed magis ipse tua virtute recente, fidéque,
Maximum apud Regem meritò sortite fauorem,
Supplex te Vrbica turba rogat fœliciter vltro
Cœpisti quodopus, felicem (nam potes) ísque
Vnus & ad finem perducas, quò tibi & vni
Gratia, laúsque memor totam sit habenda per vrbẽ,
Eius si priuas leges seruauerit vnus
Iuráque ne à primo circunducenda Senatu
Irrita non habeant in postera sæcula pondus,
Vrbis in opprobrium summum reliquas apud vrbes
Quarum salua manent sua nunc à Principe vna.

In Cicer. Libr. De Consolatione.

Sit, quem quisque volet, magni Cicerons imago,
Nec Cicero, viuo nec Cicerone fuit.
Quisquis at ille fuit, bellè declamat & aptè
De miseris hominum casibus atque malis.

Qualis & est Senecæ quæ controuersia fertur,
Nomine quámque pari Quintilianus habet.
Tu tamen hinc gratos, lector bone, collige fructus,
Quid sit homo speculo dum docet ille suo.
Quid refert vetus an noua sit medicina salubris,
Aeger ab hac medica dum releuetur ope?
Magna sed intereà debetur gratia vobis,
In lucem per quos iste libellus iit.
Faie te Regis Procurator cate, Præses
Te leo, téque, praes qui Gilo consiliis.
Per vos tres liber hic redit in noua secla superstes,
Vestráque fama per hunc vsque perennis erit.

Ad Bullionem.

NOtus eras facie mihi Bullio notus & arte,
Quódque praes Regis Bullio supplicibus.
Sed tu notus eras nondum mihi nomine, quo non
Est fatale magis, quod tibi Parca *dedit.*
Nam seu sis gemino cum Lamda Bullio *dictus,*
Bulla tibi nomen res pretiosa facit.
Siue tibi nomen dat simplex Bulio lamda,
Nomen & hoc Pallas Bulias ipsa dabit:
Quæ quia consiliis præsit, sic dicitur: vt tu,
Res vt nominibus conuenienter eant.

Ad D. Seguierum Proprætorem.

Si pictoribus apta cum poetis
Est concordia, ne tibi molestus
Pro pictore ego sim poeta supplex.
Solers ille Charon, senéxque Pictor
Natæ cras epulum parat iugale,
Permissúque tuo dapes liceri
Mercari tibi supplicat parandas,
Per me suppliciter rogat licere.
Si noui, Seguiere, te, hunc fauorem
Pictori dabis, aut dabis poëtæ,
Coniunctim, vel vtrique: nã quod vni
Illorum dederis, dabis duobus,
Artis fautor vt vnus vtriusque.

Ad D. Seguierum.

A *Vratus genero domum sub vrbe*
Qua ludant pueri simul docendi
Dudum tradiderat: gener sed illam
Multis partibus auxit, atque sumptu:
At nunc publica pestis illa clades,
Quæ Phœbi noua missa venit arcu,
Phœbeis habitanda ne sit ipsis
Musis viribus efficit malignis.
Nam qui pestiferi fugantur vrbe
Irrupere domum, secántque plantas,
Commune è proprio sibi parantes,
Nunc ciuilibus atque ciuitatis

Tu qui litibus es negotiísque
Binis, ô Seguiere, plus sat vnus
Ne ciues patiare ciuium ius
Proprætor violare: sin necesse
Priuum cedere publico, fac in rem
Vertatur domus empta ciuitatis
Ciuili pretio tuo fauore,
Sed quanti valet, æstimenda tanti,
Per te ne pereant Socer Genérque.

Ad D. De Villeroy.

ESse nouem to tidem sortitas rura puellas,
Quas vocitãt Musas fabula prisca refert.
Nunc quoque sunt totidem (nec fabula ficta) Camenæ,
Quæ fugiant vrbes, ruráque grata colant.
Sed quia rura nouem non illis, villa sed vna
Est sedes, villis gratior vna nouem.
Qui villæ est dominus meritò Nouiuilla vocatur,
Villa nouem cuius nunc habet vna Deas.

Ad. D. A. Seiguierum Proprætorem.

GLoria magna domus, que tot tulit vna Catones
Sanctáque tot solitos dicere iura viros.
Magnorum sed non fœcundior vsque virorum
Antè fuit, quàm nunc est Seguiera domus.
Tempore námque vno pater & tres ordine nati
Dicere

Dixere in magnis maxima iura foris.
Atque patri functo natus pro Præside Præses,
Pro prætore illo frater & ipse suus.
Cui iam tum iuuenis cùm tam graue munus obire
Coeperit, est visus pondus habere senis.
Tanta oris grauitas, tam præsens rebus agendis
Ingenium, tantum iuris & artis inest.
Non igitur fortes modo fortibus vsque creantur,
Flaccus ait, nec equis virtus vigorque patrum.
Sed doctis doctos iustos, iustíque creari
Patribus, Antoni tu Seguiere, probas.

Castor.

Nobilium Castor quondam mederator equorum,
Núnque ratũ, magna hæc quo salua regente carina.

Pollux.

Dum geminus gemino stabit cum Castore Pollux,
Non metuet sæuas ratis hæc iactata procellas.

Victoria.

Militibus ducibúsque triplex victoria multis
Carole parta tibi, tua sed victoria quarta est
Propria, parta tibi te milite, te Duce solo.

Mars.

FElix Mars, alios qui postquam vicerat omnes,
Vicit ad extremum se, dans veniã hostibus, ipsũ:
Vna trium laurus pulcherrima quarta priorum.

AD MICHAELEM HOSPItalem Nomophylaca.

SI consultorem te Rex habuisset Atrida,
Dum Graias regeret tot ratis vna rates.
Non non ille decem seniores Nestoras optet,
Vnum sed talem, qualis es ipse, senem.
Pergama tu caperes, violatáque iura piares,
Si non vi ferri, vi Michaele feri.

Ad. D. Martham.

Hospita quæ Christum excepisti, Martha, precare
Hospes sit nobis, hospes vt ille tuus.

Ad Regem.

Auratus vates duo vatis habere Maronis
Me licet inuita glorier inuidia.
Carolus Augusto quod Rex augustior ipso:
Et curtum Mulum nactus & ingenium.

DE PETRO RAMO ELOQENtiæ Regio professore. Ad Regem.

Carole, qui factus noster te absente decanus
Ramus, ni prohibes, Rex quoque noster erit.
Nam sua plus qui vult quàm Regis iussa valere

Aut Rex, aut aliquid grandius esse cupit.
Quod si Rex Ramus, metus est, ne quælibet arbor,
Syluáque terrarum iam petat imperium.

De Eodem.

SI fuit in viridi tanta olim insania Ramo,
Sperneret vt præ-se primus Aristotelem.
Quæ nunc in sicco sene sit dementia maior,
Qui Christum atque fidem spreuit Apostolicam?
Nâmque fidem Christi spreuit, qui dogmata Christi
Non ex mandatis credit Apostolicis.

Ad Lectorem.

Nil nisi de Ramo quòd nunc mea Musa loquatur,
Miraris? Musæ nil nisi Ramus *obest.*
Quantò plus sed obest, hoc plus quàm Regis honores
Dicere, Rame, tuum cogitur opprobrium.

De Ramo.

AVdierat Ramus Regem mala multa minari
Hæreticis, quorum clàm fuit ille caput.
Mox admisit equum centum vel pluribus emptum
Aureolis, sese contulit ínque fugam.
Sed dum fortè fugit, venit diuersus ab Aula
Nuncius, & Ramus protinus ecce redit.

Scire cupis quantùm nocuit vanus timor illi?
Non potuit verus plus nocuisse timor.
Nam dum falsa fugit, rediens se in vera pericla
Coniecit, verus cognitus Hæreticus.

Ad Ramum.

RAme, vir es magnus. Quid ni? Qui nō nisi magna
Et facis & scribis, solus & vsque doces?
Rame, vir es magnus, veteres qui carpere solus
Authores ausis, Tullium, Aristotelem.
Rame, vir es magnus, quem non capit vna cathedra
Regia, sed soli facta cathedra noua est.
Rame, vir es magnus. Quid ni? cui non satis vna
Relligio, atque ideo falsa recepta tibi est.
Rame, vir es magnus, fatere: vel maximus es tu
Non vir, sed ramus maximus arboreus.
Tam vastus, tantæque adeo cum pondere molis,
Vt iam mole ruas, maxime Rame, tua.
Ergo lapsurum iamiam nisi pertica Ramum
Maxima sustineat, maxima furca decet.

AD BONARVM ARTIVM STVDIOSI. HEROINAM CAMILLAM comitissimam de Retz.

VIrgilio meruit celebrari vate Camilla
Bellatrix & opus virgo imitata virûm.

Te plus laudaret vates si viueret, idem:
Quæ certas doctis fœmina docta viris.
Corpore nobilior mens est: sit clara Camilla
Marte virûm: tu sis clarior arte virum.

VATICINIVM DE DVOBVS Carolis videlicet Carolo qui magni cognomento est insignitus, & Carolo ix. Gallorum Regib.

Carolus ille fuit magnum per secula nomen
Condita quo primum fuit hæc Academia Rege.
Fundatore, bonas mortalibus intulit artes
Occiduis: olim vt populis orientis, Athenæ.
Carolus alter & hic Nonus crescente venitur,
Si modo ad vsque nomē numero quo maxima lōgè
Incrementa sui capient Regnúmque, decúsque
Totius vrbs regni, & decus hæc Academia Regis,
Carolus vt primo respondeat ordine Nonus.

De Roma.

Roma quòd auerso delectaretur amore,
Nomen ei auerso nomine fecit Amor.

IN QVENDAM AVRATO obiicientem quod carmina venderet.

Carmina non vendo: tibi do, qui carmina vendis,
Carmina qui vendit tam bene chara mihi.

Carmina non vendo: tibi do, qui carmina vendis,
Carmina qui vendit tam bene chara mihi.

Fontis inſcriptio.

Αντλεῖ ὕδωρ κάλλιστος ὕλας ἅμα· πῦρ δὲ ἀντλεῖ
Ἡ Νῆις καθ᾽ ὕδωρ κ᾽ ὤλλετο πῦρ ὕδατι.

Idem Latinè.

Haurit aquam formoſus Hylas: ſimul haurit & ignem
Inter aquas Naïs: ſed perit ignis aqua.

Alia fontis inſcriptio.

Huius Nympha loci, ſacri cuſtodia fontis
Dormio, dum blandæ ſentio murmur aquæ.
Parce meum, quiſquis tanges mea marmora, ſomnũ
Frangere. ſiue bibas, ſiue lauêre, tace.

De ſanctæ Crucis ſigno à pleriſque neglecto.

Poſteaquam cœpere crucem contemnere Galli,
Mille cruces Gallis crux violata tulit.

Gratiarum actio Ad D. Michaëlem.

O Cui militiæ cæleſtis credita ſigna
O ordo ſuperum, cui, Michaële, ſubes:
Non tua militibus nequicquam inſignia Gallis
Tradita, quæ fulgens aurea torquis habet.
Sacra tua effigies fera dæmonis ora prementis,
Quem tua ſub pedibus cum cruce dextra domat.
At qua luce ſolet ſanciri militis ordo
Gallici & in regem non temeranda fides.
Hac nunc (turpe) fides omnis, turbatus & ordo,
Paſtor vt ipſe ſuas penè timeret oues.

In Huguenothos.

VOſne pudet facti, magis an piget, impia ſecta,
Vanos in Regem compoſuiſſe dolos?
Credere non poterat Rex nec Regina, nec Aula
Nobilibus tantùm fraudis ineſſe viris.
Pacta fides fuerat, iuratum & fœdus vtrinque
Sumpſitis rupta vos tamen arma fide.
Sed temerè ſumptis dignus fuit exitus armis,
Læſere authores ſumpta quod arma ſuos.
Nam regi poterat vis veſtra occulta nocere,
Vobis Huguenothi, nunc manifeſta nocet.
Nec celeres quod habetis equos, ad bella paratos
Veſtra, ſed ad veſtras eſſe putate fugas.
Si tamen effugium dabitur, tunc ciuica pubes
Vos ſaxis, ſaxis ruſtica turba petet.
Nam lapis eſt Chriſtus, lapides Abramia proles.
Vos decet hos lapides pertimuiſſe canes.

DE PRINCIPE CONDÆO ſalutato apud D. Dioniſium.

In Dioniſiaca eſt (vbi Regum buſta piorum)
Æde ſalutatus Rex modo Borbonius.
Scilicet infælix Rex infælicius omen
Traxit ab infauſti conditione loci.
Nam qui funeſta Rex eſt clamatus in vrbe,
Huic proclamatum funus adeſſe liquet.

IN REBELLES QVI PARISINVM AGRVM DEVASTANTES NE crucibus quidem lapideis pepercere ſola cruce Mōtis falconis intacta.

Infeſti crucibus, quas vel conflatis in æra,
Vel quas in medium dilapidatis iter.
A Dioniſiaca Pariſinam nuper ad vrben,
Cùm iaceant veſtra ſingula vaſta manu.
Quæ noua relligio ſuaſit non perdre ſolas,
Publica quas habuit carnificina cruces?
An quia ſolus erat locus ille nocentibus aptus,
Veſtráque pro meritis grata futura domus?
Huic ſoli merito manus impia veſtra pepercit.
Nam cui prædonum crux ſua præda fuit?

DE PACE CONDITA IN GAL lia anno Christi 1570 inter Gallos, Aug. mense.

Quis dubitat quin pax tam longo tēpore tracta
Sit maiore breui corruitura malo?
Hoc iam pacifices portendunt omine prauo,
Hic pedibus claudis, ille sedendo malè.

In Deum qui Cupido fingitur.

Errauêre, Deum qui te finxere, Cupido,
Dæmon es, & signum Dæmone peius habes.

De rerum humanarum inconstantia.

Dum me cura tenet sublimia fortè petendi,
Et vigil expecto det mihi digna labor:
Destituit fortuna pedem nixúmque fefellit,
Nec potuit lapsus pes reuocare gradum.
Et qui prensus erat non paruo robore ramus,
Præcipitem effractus rettulit ecce solo.
Cura, fides, probitas, fueris nisi præditus astu
Et vafro ingenio, præcipitata iacent.

Fortuna alloquitur.

Sum fortuna potens, quæ ſūmo hos dignor honore,
Illos aduerſa conditione premo.

Diſtichum.

Aulicus, interpres, vates, regit, explicat, orat,
Vitam, ſacra, deum, moribus, ore, prece.

De natura Mulieris.

Fœmina dulce malum, horis opportuna duabus
Cùm iacet in thalamo, cùm iacet in tumulo.

Inſcriptio Ædium.

Arcta ſit iſta licet, tamen eſt aptiſsima Muſis,
Fumo, lite carens, ac muliere domus.

IN EFFIGIEM HERCVLIS Hydram obtundentis.

Indefeſſa gerens rediuiuis bella colubris
Argolis ad lernæ tunditur hydra vadum.

De Chimicis,

Spes Chimici vanas buccis mendacibus inflant
Dum μεταμόρφωσις fingitur ἀδύνατος.

De fœmina.

Scissa velut rapido nauis malè creditur amni,
Quæ tamen in fluuii littore tuta manet:
Fœmina sic (casti quamquam suspecta pudoris)
Vix cadet in propriæ limite clausa domus.

Ad Elizabetham Galliæ Reginam.

Prima fuit primi ciuilis fœmina belli
Causa dehinc pacis fœmina virgo fuit.

Dialogismus Salomonis & Reginæ Sabæorũ.

Sal. Dic rogo, dic vates diuino afflata furore,
Cur non ista tuo sit via pressa pede?
Reg. Queîs infixus erit mundi saluator adempti,
Non sunt humano ligna terenda pede.

IN LAVDEM ELIZABETHÆ Austriacæ Francorum Reginæ.

Longinquis Austri Regina è finibus olim
Venit, vt audiret Salomonis verba loquentis,
Quo rege à teneris nullus sapientior annis.
Altera nunc Austri Regina è finibus ecce
Longinquis venit vt Gallum Salomona loquentē
Audiat, & dictis sapientibus expleat aures.
Fœlix nunc populus fœlici Gallia fato,
Cui Salomon suus, & sua cui Regina sit Austri.

Diceret Augusto, ne se reuocaret in vrbem:
Sauromatæ Latium, Roma sit exilium.

In Polonos.

GEnsne Polo deducta Polonia, génsne sub Arcto
Mente Dei sortita genus, sortitáque sedes,
Omen & inde tenet, pendens & ab omine nomē?
Nam Polus vt terris supereminet, hāc quoque gentē
Terris imperitare decet: velut emicat Arctos
Vsque superna manens, & fluctibus inscia mergi:
Sic quoque gens Arctoa (quod ipsa vocabula monstrant)
Imperium summo, famámque æquabit Olympo.

Ad Henricum III. Galliarum Regem.

PRæteriit regni primus tibi qui fuit annus,
Rex HENRICE, *bonis non sine primitiis.*
Cùm tibi lætitiæ Domina tulit auspice nuper
Guisius inuicta læta trophæa manu.
Hæc mox venturis prælu dia certa triumphis,
Quos tibi fert præsens annus, vt esse putes.
Hoc quoque prælusi quod carminis, instar habeto
Pæanum, tibi quos annus & iste canet.
Talia si data sunt iam regno ineunte trophæa.
Successûs data sunt maius in augurium.
Crescere dona decet superûm non stare, minora
Vel fieri: crescet tempore palma tibi.

Ad Carolum Cardinalem Lotharingum.

Portat inauratis victoria Carole pennis
Henricum ad cælum, Guisiadémque tuum:
Et mea nunc præter solitum temeraria Musa
Ad cælum audaci nititur ire via.
Sed si blanda tui subuexerit aura fauoris,
Quos canit, astra saper Musa secuta canet.

In Io. Stracelij Regij professoris epulum funebre, postridie Regalium seu Epiphanię celebratum.

Qvàm varia incertæ quàm fallax alea vitæ
Humanum versat spéque metúque genus.
Lusus heri fuerat conuiuia ducere Regum,
Regalíque epulas exhilarare ioco.
Lux subiens conuiuia sed funebria præbet,
O Straceli, sociis te moriente tuis.
Humanos casus homines perpendite, lusum
Et luxum à luctu separat vnica nox.

Ad Carolum Lotharingum Cardinalem.

Hebraicis, Græcis, Latiis lectoribus, anno
Carole debentur præmia pro triplici:
Hæc numerare velis, aut assignare calendis
Sed Latiis, Græcis nolo, nec Hebraicis.

Ad Sideridem.

O Lentum mihi tormentum ferrata Sideri.
O animæ triſtis carnificina meæ.
Te quidem amo, ſed ſic vt amat bos laſſus aratrum,
Excutere è collo quod nequit ille ſuo.
Quòd ſi vis in amore meo eſt, ſi cogor amare,
Non odi, quod amo, ſed nec amo, quod amo.

Ad Brinonem.

SI cœnare potes non luxuriantia Brino
Fercula, nec menſis æqui-paranda tuis:
Non ego cœnatum, ſed te meus en vocat vltrò
Hortulus: ille thoros inſtruit, ille dapes.
Nam licet herbe ſo ſuper aggere terga reclines,
Ponetúrque cibi nil tibi, præter olus.
Qualia vel pulmenta ſuis Epicurus in hortis
Diſcipulis, ſolitus vel dare Pythagoras.
Quod ſi vina domo tuleris, prouideris aptè
Tu tibi: ſola illic nam putealis aqua eſt.
Hæc te cœna meo mi Brino expectat in horto
Sobria, ſed de qua crudior eſſe potes.

De Braca Brinonis cane in eius horto ſepulta.

BAccales manes, Braccali & tecta sepulchro
Ossa, arbor domui quâ facit vna nemus.
Nusquam vos melius poterat componere Brino
Vester, in hortensis quàm regione soli.
Nam sua dum cœlo canis Erigoneius astra
Promet, vt ardenti torreat arua siti:
Cognato parcet tumulo reuerentia flammæ,
Cœlesti canis est si modò cura cani.
Idque duobus erit communiter vtile, frondens
Hortus semper erit, semper erit tumulus.

In Philosophica Iani Edoardi du Monin carmina.

QVæ te Socraticos sensus, mellitáque verba
Sic miscere simul Musa, Monine, monet?
Fallor? an Vraniæ est? cui sunt cælestia curæ:
Sed quam subsequitur Gratia iuncta triplex.
Omnia quæ si puncta ferunt, quibus vtile dulci
Miscetur, punctum tu simul omne feres.



IO. AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij Epigramatum.

LIB. 2.



Vgonis vellem tibi commendare clientem,
Ni commendatus iam foret ille satis.
Si tamen est nullus tam grandis & altus aceruus,
Quem non maiorem res quoque parua facit.
Accedat cumulus mea fac vt gratia paruus,
Charior vt tibi sit, qui tibi charus erat.
Nam Patriæ iuuenis consors mihi, sicut & artis
Est tibi si faueas huic, mihi & ipse faues.
Quemque illi tribues, tribues mihi fautor honorem:
Patria pars homini si sua cuique sui est.

Ad Nicolaum legrand medicum Regium.

Magnus & Ingenio, medica quoque magnus in arte:
Magnáque Parisiis nunc tua fama volat.
Magnus es: inde tuum non est sine numine nomen:

Dignus eras & ob id magno quoque carmine dici:
Sed mea non magnum parua Camœna sonat,
Quantulacunque tamen vox est mea, clamat inesse
Famā, artem, ingenium, nomina magna tibi.
Ad tot nunc cumulū vis magna accedere magnum?
Fac tua sit patriā gratia magna meæ.

Εἰς ἰατρὸν λαμπρότατον, Πέτρον Ὑαφιλαῖον.
Ἰω. Αὐράτου ἐπίγραμμα.

Ἄξεινος ἦν ποτε κόλπος ὁ ποντικὸς ἐξονομασθεὶς,
Εἶτα καὶ εὐφημισμὸν ἐς εὔτεινον μετεκλήθη.
Αὐτὰρ ἐναλλάγδην σὺ πάλαι κληθεὶς ἀφιλαῖος,
Εὐφίλιός μοὶ ἔσῃ κατ᾽ ἀλήθειαν μετακληθεὶς.
Ὡς πολλοῖς τε φιλῶν πολλοῖς τε φιλούμενος αὐτὸς
Εἵνεκα τῆς σοφίης τε, καὶ εἵνεκα τῆς ἀρετῆς σῆς
Παντοίης, πᾶσαν γὰρ ἔχει ἀρετὴν σοφὸς ἀνὴρ,
Ἰητρὸς δὲ μάλιστα φιλάνθρωπον μάλα πάντων
Τὴν σοφίην μελετῶν, σώζειν θνητῶν γένος ἀνδρῶν.
Ἧς σοφίης ἀρετῆς τε νέον ζηλήμονα τοῦτον,
Ὡς ἐμὸν οὐθ᾽ ὁμόπατριν ἐμοῦ χάριν εἰ σὺ φιλήσεις,
Οὔτ᾽ ἄφιλος κ᾽ Ἀφιλαῖος ἔσοι ἐμοῦ οὔτ᾽ ἐγὼ αὐτοῦ.

Ad Simonem Pietre D.M.

PEtræi tibi si Petri domus illa Galandi
Nota, vetus nota est si domus illa mihi:
Si mensa iuuenes vsi, sale si sumus vno:
Si tua Ronsardus, si mea fama meus:

Cuius ego ingenium, tu corporis omina curas,
Et vitia, & morbos, quos labor ipse dedit.
Auratum simul & Ronsardum ambire putato,
Pro patria ciuis me pius vrit amor.

Ad Robertum Greaulme D.M.

MVltos Thyrsigeras, paucos prouerbia Bacchus
Esse ferunt, frustra nec reor, esse ferunt:
Multi sunt Claudi similes Chironis: in illis
Chirones paucos sed tamen esse puto.
Vnus & è paucis tu Gallicus esse videris
Chiron: cui Chiron cedat & ipse velut.
Fortè roges quis sit Chiron quis Claudus & ille,
Hærebat iuncto qui sibi semper equo:
Esse domi Claudos medicos, studiísque vacare
Consultantum hominum qua licet vsque decet.
Rursus equo medici debent hærere volucri,
Si qua lues lentam non dat acuta moram.
Ille tamen claudus Chiron super astra volauit
Arte sua: arte volas tu super astra tua:
Quæ nunc grata suo lusit tibi musa fauore,
Grææalme, vt faueas, cui mea musa fauet.

In Gerardum demissor. D.M.

SI mihi iam iuueni iuuenis tu cognitus olim,
Inter maiores maior & hæsit amor:
Nam tibi quæ colitur, colitur simul & mihi tecum
Clausarum, qua non maior in vrbe, domus:
Et tua Græca mihi sunt lecta poemata sæpe:
Sæpe etiam mea sunt carmina lecta tibi:
Qui Dionisiaco cognomine sicut & arte
Nobilis es, musis nam deus ille fauet:
Fac igitur veteris des hoc mihi pignus amoris,
Consorti patriæ fautor vt esse velis.
Quem dederis patriæ, patrius tibi reddet honorem
Carminibus vates qua licet vsque suis.

In Io. Rochou. D.M.

ASpera cùm tibi sint spinosi nomina Ruchi
Ars tamen est lenis, nomen & inde trahit.
ἠπιόνη Græcis quæ dicitur: ἤπια verò ;
Lenia sunt: lenem ars & tua præstat opem.
Testis ego & testis mea nupta & nubilis olim
Filia, nunc docto nupta quoque ipsa viro.
Quos tua seruauit grauibus solertia morbis.
Et seruaturam sæpius esse puto.
Si tibi sum iuuenis, iuuenis tu cognitus ipse.
Et mihi pérque suos credit vterque gradus:
Quæ mihi cura mei est, eadem mihi cura meorum:
Quare cōmendo méque, meósque tibi.
Non quia nunc morbo domus vllo læsa laborat,

Gratia magna Deo, gratia magna tibi.
Sed qua de patrio mea cura laborat amico:
Quem commendatun comprecor esse tibi.

Ad Hieronyum de Varade M.R.

SI memor es, quis me tibi iunxerit vsus in aula,
Tunc, Varadæe, tui cùm laris hospes eram:
Cùm breuis vna duos terricula regia cæpit,
Te ceu Phylliridem, *me velut Aeacidem:*
(Nam tu regis eris Chiron fidissimus alter:
Regii Pelides cautor ego alter eram)
Paruáque turris erat tibi Peliacum velut antrum,
A tãto medico vix habitanda domus:
Horum si memor es tua fac nunc gratia prosit
Huic, tibi commendo quem tuus hospes ego.
Nam patriæ ille mihi consors: patriæquæ fauere
Pro patria cæsus me monet Aeacides.

Ad Nicolaum Picard M.R.

SI te, si bene mi Picarde noui,
Quàm sis certus amicus & fidelis:
Et dignus videor tibi quem amicis
Certis annumeres, fidelibúsque,
Hanc da nunc operam mihi fidelem,
Vt qua sum patrios fide erga amicos,
Hac sis in patrium meum tu amicum.

In Antonii Phyancci D.M. tumulum.

SI laudatur amor pitásque fidelis in armis,
Qualis quæ Nisi fertur in Eurialum.
Qualis erat Pyladæ insanum comitãtis Orestem,
Quíque suum rapuit de styge Pirithoum.
Talis apud memores pia cura fidesque nepotes
Inter te Chauini, téque Phyances erit.
Hoc vnum intererit: fuit illis semper in armis
Fidus amor, vobis fidus in arte pari.
Si socium socius nunc viuum viuus amaret,
Vtilis ob causam laus sit vtrique minor.
Spe sine sed fructus fundum qui plorat amicum,
Et tot doctorum versibus ossa piat:
Hic veris socium lachrimis deplorat ademptum,
Eripiens Lethes gurgite Pirithoum.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς Ι.Μ. Τοσκανὸν ἐπίγραμμα.

Τόσκαν' ὁμοπατέρων ὃς ἀναζωγρεῖ τὰ θανόντων,
Δαιδάλλεις πέπλῳ σφᾶς ἐνὶ Παλλαδίῳ.
Τίπλε καὶ οὐκ αὐτὸν σὺ ὑφάσματι ταὐτῷ ἐνείρας
Ἄξιον αὐτὸν ἔχειν τ' ἀκροκόρυμβα πέπλου;
Φειδωλὸς λίην τις ὅμως σὺ, καὶ ἄφθονος ἦσθα,
Σοὶ φθονέων αὐτοῦ, τοῖς δὲ χαριζόμενος.
Ναὶ μὰ σὲ Παλλὰς ἑῷ πολυδαιδάλῳ ἣ χερὶ, τοῦδε
Ἀντὶ πόνου μέλλει ποικιλοχειρογραφεῖν.

Idem ab eodem latinè conuersum.

NOmina qui reuocas popularia rursus ab orco,
O Toscane, Peplo tradita Palladio:
Cur tu non intexis & huic tua nomina telæ,
Dignus eras primum cuius habere locum?
Scilicet es pariter parcúsque & prodigus idem,
Dans aliis laudes inuidus ipse tibi.
Fallor, an ipsa suo docto te pollice Pallas
Pro tali intexet stamine Palladio?

IN INSIGNIA ILLVSTRISSImæ, nobiliss. atque antiquiss. Voyerorũ familiæ, epigramma.

HIc diuersa duo solers animalia iunxit
Natura, & membris miscuit ipse suis.
Visque leonis habet Pardi variabile tergum,
Mulciberi vt iuncti Mársque Venúsque dolis.
Qualis nanque leo Mars bello certat aperto:
At pardo similis Cypris amica dolis.
Corporis & prior est vt vis, sic altera mentis:
Perfectus sapiens quæ duo semper habet:
Prisca quod heroum signant simulachra duorum
Herculis & Bacchi, dispare sorte pares.
Corporeas vires nam claua leóque figurant:
Linx vim consilii, virga teréśque notat.

Quæ coniuncta duo qui ni signia gestat auita,
Consilio est claris, vtque creatus auis.
Multa quibus quia vi victoria, consilióque
Contigit, à Palma nobile nomen habent.

IN BIBLIOTHECAM FRANcisci A cruce cænomana.

QVis nouus hic variis redit alter Vlisseus oris
Vndique congestæ, cui reuehuntur opes?
Scilicet Iliacæ non sunt hæc præmia gazæ,
Raptoris rapuit quas maris vnda suo.
Fallor? an Alcinoi sunt hæc Phæacia dona,
Quanta nec incolumis Troade nauta ferat.
Hi veri tripodes, fulnóque ex ære lebetes,
Alter quos Ithacus (de cruce docte) refers.
Nympharum, peregrè rediens, hos abdis in antrum
Nam nympharum antrum Biblioteca tua est.

In eandem eisdem.

NOn libraria, quod videtur hæc est.
Indigesta librûm rudísque moles:
Est libraria: sed librariarum
Vel thesaurus opum reconditarum:
In quo reperias labore nullo,
Per certos titulos, notásque certas,
Rerum quidquid & artium bonarũ est.

De tribus Galliæ solibus.

PRodigium fuerat tres olim cernere soles,
Et nunquam terris sors ea læta fuit.
Tres quoque iam vidit læto non omine soles
Gallia, tres soles nóxque secuta triplex.
Nam cùm tres pariter præcedens viderit annus
Fratres, qui solis triplicis instar erant:
Mox prior ex oculis abiit sol fulgidus vnus
Henricus, sua quem nunc procul Arctos habet.
Illius ex abitu sol postmodo maximus alter,
Carolus, heu nuper tabidus occubuit.
Tertius & qui nunc superest, merore duorum,
Franciscus, faciem deficientis habet.
Nox grauis huic premeret Gallos, Catharina sed vna
Lux micat & Lunæ, dum redit alma dies.

DE HENRICI III. REGIS GALlorum optato aduentu.

GAllia nuper erat gemino clarissima sole
Dum simul Henricus, Carolus ėstque simul.
At postquã Henricus gelidam migrauit ad Arctō
Protinus è geminis solibus alter abit.
Nec mora qui mansit de solibus ille duobus
Languidus inque dies fit magis, ínque dies.
Donec ad extremum toto iam deficit orbe
Carolus, & Gallos nox tenebrosa premit.

Nunc licet æstiuos anni terat orbita menses,
Atra tamen Gallis esse videtur hyems.
At tu si redeas Henrice polúmque relinquas,
Et sol cùm spatium solstitiale terit:
Sint quamuis tenebræ, sit hyms licet horrida Gallis,
Mox erit æstiuum te redeunte iubar.

De Regina Regni Rextrice.

OLim cùm cæli moles onerosa labaret,
Deficerétque suo pondere victus Atlas:
Dicitur Alcides subitam fulsisse ruinam,
Excipiens humeris astra polúmque suis.
Sic quoque cùm Galli moles vastißima Regni
Morte trium Regum ter ruitura foret:
Henrici primùm, Frãcisci deinde secundi,
Postremóque tuo Carole nunc obitu:
Viribus Herculeis Regni Catharina labantis
Fortiter excipiens non leue fulsit onus.
Quod si vir meruit cœli semel axe ferendo
A cœlo, ferri, quod prius ipse tulit:
Fæmina nonne tuis humeris tibi Gallia ferri
Promeruit, quæ te ter tulit ipsa suis?

Εἰς Κάρολον ἐννεατὸν, βασιλέα
Κελτῶν.

Ὁ βραχὺ μὲν ζήσας βασιλεὺς, πολὺ πλεῖστα δὲ
ῥέξας

Ἡ δὲ μέγιστα, νέῃ καὶ περ ἐν ἡλικίῃ.
Πρῶτ' ἔπι παῖς δαμάσας παιδναῖς χείρεσσι δρακόντας
Χειμπλομένους παῖς ὡς ἀμφιτρυωνιάδης.
Δεύτερον ἀμφισέλικτον ἀμαιμάκετον βελέεσσι
Κτὰς πύθωνα νέος, πύθιος ὡς νεαρός.
Εἶτα προβὰς αἰῶνι γίγαντας ὀλυμπομαχήτας
Κάρτα θριαμβεύσας, καρτερὸς ὡς κρονίδης.
Τηλίκ' ἀριστεύσας ὀλίγοισιν ἄναξ ἐνιαυτοῖς
Κάρολος ἦν θνητοῖς, Κῆρ ὅλος ἀθανάτοις.

REGIBVS INVICTISSIMIS
fratribus, Reginę regum matri sacrum.
Palladi consultrici.

PAcis & armorum studiis licet altera Pallas
Et dici Gallis & mereare coli,
Innuba Triptolemum Pallas tamen edidit vnum:
At tu tres, Pallas gallica, Triptolemos.

Apollini victori.

DVx debellasti rudibus Pythona sagitis
Penè puer: laurus cingit & inde comas.
Nunc cape post arcum citharam Rex lecte Polonis:
Dignus Appolinea neruus vterque manu.

Ad Regem.

Seruantis populos ciues seruantis & olim,
Si Iouis atque ducis præmia Quærcus erit:
Qui tot seruasti populos, vel pace vel armis,
Quærna decent crines, CAROLE, serta tuos.

Ad lectorem.

Quæ Regi Henrico dederit spectacula mater,
Sceptra Polonorum post data ritè manu.
Gallica & Andegauis quæ Nymphæ verba loquãtur,
Quæ sociæ dederint munera, quæque, leges.
Munera cuncta suis ad verum expressa figuris
Atque emblematibus singula nota suis.
Omnia cognoscet qui ludis abfuit illis,
Multa recognoscet quisquis & adfuerit.
Nunc spectator erit cui tunc spectare negatum est,
Nil turbam metuens, nilque satellitium.

Ad lectorem.

En tibi pergeminas Montémque Aulámque tabellas,
Vnam de geminis tu tamen esse puta.
Finge gradi Montem, Nymphas ad plectra moueri,
Et iam spectator, nec modò lector eris.
Sed dum tantæ Aulæ tenuem spectaueris vmbram,
Aulam te magni finge videre Iouis.

Ad Diuum Laurentium.

Laurea Laurenti, meritò tibi debita triplex,
Qui tres ardores pariter deuincis in vno
Ardens igne dei, flammas contemnis inanes
Vulcani, Veneris, flammæ contemptor, & antè
Flammarum sed flamma grauissima vincitur iræ,
Tortus vbi insultas tortoribus, & petis vltrò
A praui Decii priore satellite, nunquid
Appetat humanæ iam tostæ pabula carnis,
Membra luxo obtrudens ouis alma vorata rapaci.

De conceptione B. Mariæ.

E cælo Deus in terras venturus Iesus,
Vt genus humanum purgaret: virgine pura
Se nasci voluit puram seruauit & illam
Omnibus à maculis: sed postquam velut ad astra,
Quæ tulerat purum, sua pura sub astra recepit:
Vnde fauore pio pietatis amantibus adstat.

De Diua Catharina & Diana.

Huic Catharina deo charissima, at inde Dianæ,
Hæc vero, falso chara sed illa Deo.
Ambæ virginitate pares, virtutibus ambæ,
Hæc capere apta feras, hæc capere apta viros.
Námque Diana feras siluas venata per altas

Venata est doctos, sed Catharina Deo.

AD D.G. GELAEVM. PRO Io. Rabello Pictore.

MVsæ primus amor, Musámque Gelæe colentū,
Te penes Aurati gratia si qua tui est:
Pictori facta est iniuria vatis amico,
Iudice te iusto ne sit inulta precor.
Est pictura Poësis amant figmeta poetæ
Fac tuus alterius prosit vtrique fauor.

AD D. GELAVM PRO PRATOtorem integerrimum pro Rabello pictore.

SI quid apud iustum valuit mea iusta petentis
Gratia te, quo non iusti obseruantior alter:
Supplicat Auratus tibi nunc venerande Gelæe
Pro pictore, sibi longum per tempus amico:
Sicut amicitia est pictoribus atque poëtis.
Causa tuo senis est pictoris digna fauore:
A questore suas qui non est passus in ædes
Sæpius induci non noti nominis vllas.
Hoc tantū mea nūc sene pro patre musa precatur,
Cognitio vt fiat primo quoque tempore certa,
Ne reus innocuus senior tabescat in arte
Carcere quod præsens nunc ipse Gelæe rogarem,

Nigrans vrgeret mea nuper membra grauedo,
Fiat vt ipsa sui iam Musa vicaria vatis:
Quam tibi nunc offert natus pro patre Rabellus.
Cuius & officiosa fauore est digna voluntas.

AD D. GVELLEVM REGIS procuratorem Pro Rabello pictore.

SI pictura loquax doctis est dicta Poesis
Si pictura tacens muta Poesis erat.
Si cum pictura sic est coniuncta Poesis,
Altera vt alterius se tueatur ope.
Si tua quæ ingenii est vis viuida, tu simul ambas
Quæque tacent artes quæque loquuntur amas.
Nunc mea pictoris sit Musa patrona licebit
Iudice si quo alio, Guellee iudice te.
Pictori facta est iniuria: vindice te fac
Rursus in integrum restituendus erat.
Si facis hoc, viuo tua pinget is ora colore,
Mentem ego, si mentem pingere voce licet.
Sed (mihi crede) licet: nam si mens dicta sit in qua
Omnis inest virtus, mens mihi picta tua est.

In Chamelii Arnithmeticem.

Si numeris cœlum si Sol, si Luna mouentur,
Sidera si numeris stātque cadúntque suis:
Infera si superum numeris subiecta feruntur,

Et mare per certos ítque redítque modos.
Si quæcunque mari, terra quæcunque creantur,
Pérque gradus fiunt per numeróſque ſuos.
Denique quodcunque eſt quacũque in parte locatũ,
Si nihil eſt quod non ars numeroſa regat.
Omnia qui rerum quo conſtent ordine, quærit
Diſcere, qua numeret diſcat ab arte priùs.
Pagina Chauuetii quod eum numeroſa docebat,
Qui duplicem numeri tractat ab arte viam.
Seu quis auet Samio ſpeculari myſtica ritu,
Siue Syracuſio ſit quota gutta maris.

DeAurato obcerato.

QValis qualis ſum, Regis tamen eſſe Poeta
Dicor & à Grecis, dicor & à Latiis.
Hunc mihi ſed titulum res quædã aduerſa refutat,
Apta quòd exquirens nomina carminibus.
Carmina tota quidem non eſt vt condere poßim:
Nomina ſed faciens carmina nonſacio.
Carmina nam meditor dum condere, protinus acer
Creditor appellat, nomina cui facio.

IN IOANNIS VALAEI ET Franciſcæ Biragæ coniugium.

Caſtus amor qualis caſtos eſt inter amantes
Qui ſubiere duo coniugiale iugum.

non

Non vnquam moritur prius hoc moriente vel illo,
Aetas quod nobis postera testis erit.
Namque ego quem duxi Frãcisca Biraga maritum,
Vallæum Ioanem fida superstes amo.
Et tanto gemitu desiderióque requiro
Iámque si cordis sit adempta mei.
Quem cùm non alia possem ratione dolorem
Solari quàm cor iunctum vt vtrinque foret.
Eius in hoc loculo posui cor donec eodem
Cor quoque ponatur post mea fata meum.

Ad Rationum Magistros.

Q*Vantus apud Regem quæstorem Regis amicus*
Est tuus ille fauor, precor experiaris, vt in me
Quæ Rex Aurato iussit mihi debita solui
Anni præteriti quauis ratione modóque,
Teste Epernonio cõmendatoréque nostro,
Méque nisi quæstor faciat regalia iussa,
Ad sua se mox vindice iura iubente vocare
Quæstorem regem regalia iussa negantem.

In Roberti Garnerii opuscula tragica.

T*Res tragicos habuisse vetus se Græcia iactat:*
Vnum pro tribus his, Gallia nuper habet.
Aeschilon, antiqua qui maiestate superbus
Grande cothurnato carmen ab ore sonat.

Quidne refert vetus an noua sit medicina salubris,
Aeger ab hac medica dum releuetur ope:
Magna sed interea debetur gratia vobis,
In lucem per quos iste libellus iit.
Faye te regis procurator cate Præses
Te leo, téque praees, qui Gilo consiliis.
Per vos tres liber hic, redit in noua secla superstes,
Vestráque fama per hunc vsque perennis erit.

Ad domiuũ Fransisc. Gilbertum Brossæum.

CIuilis species quæ perfectißima vitæ,
Quæque foret numeris plena futura suis.
Ipsa suo dederat, quæ primas condidit vrbes,
Non sine Mercurio Paula Paruta tibi.
Illam tu dictante Deo describis vtroque,
Pallade consilium, Mercurio eloquium,
Sed verbis Italis: totidem quæ Gallica verbis
Brossæo expreßit numen vtrumque fauens.

In Clodouæi Nysomantij opera Poëtica.

NYsa Iouis prolem Dyonision esse fatetur,
Quem peperit patriis ignibus ista parens.
Te sobolem Bacchi Nysomanti probauerit ipsum
Quod tribuit nomen Bacchica Musa tibi.
Non igitur mirum si te furor igneus vrget,
Iam iuuenem, iuuenis Bacchus in igne fuit.

Εἰς Βουττῆτον Ἀμάλθειαν.

Τοῦ σε μελίζεσθαι Βουττῆτ' ἔρον εἰς τόσον ἁγιὸν
Εἰς ὅσον ἦν Ἥρας συγγένεος τε Διός.
Εὖτ' ἁπαλὰ φρονέον ἁπαλάφρονι δαίμονι δαίμων,
Νηΐδος ἐν κόλπῳ παῖς συνέπαιζε τροφοῦ.
Αἴτιον ἂν φαίη τις Ἀμαλθείη ὅτι νύμφη
Πρὶν γάλα δοῦσα Διΐ καὶ σε γάλακτο τρόφει.

In Butteti Amalthęam.

Qvod tibi tam casti Buttete canuntur amores
Quàm qui Iunonis fratris erántque Iouis:
Donec adhuc simplex cum simplice numine numẽ
Naïdos altricis luderet in gremio.
Credibile est fieri quod Amalthææ dedit olim
Quæ lac Nympha Ioui, nunc dat & illa tibi.

In errores populares Laur. Roberti Medici.

ILludit miseris varius mortalibus error:
Et nullum errores non genus artis habet.
Ad nõ quàm medica damnosior error in arte,
Vnde salus doctis mors rudibúsque venit:
Non ducis indocti duplex datur error in armis,
Cui semel erranti tota caterua perit.

Non sibi commisso Medicus bis aberrat in ægro
Errorem cuius mors aliena luit.
Ergo magna tuis, decus ô Ioberte medentum
Gratia debetur tempus in omne libris.
Qui non contentus præcepta docere medendi,
Quæ schola doctorum, regis & aula probet.
Errores etiam quos ignorantia vanis
Inuexit populis in sua damna doces.
Quòd pietas est si qua viam monstrare vaganti,
Quam pius arte tua est vita tuenda labor.

IN PETRI BRESBEIANDINI Anthologiam.

CVi dubia variata placent obsonia mensa,
Fercula Bræsbeio qualia ponit amet.
Quid non tentatum iam Gallica lingua reliquit?
Rhetoras & vates vertit & historicos.
Ecce naui veniunt pòst cætera cuncta Sophistæ,
Ecce venit Gallis Dipnosophista suus.
Gloria summa tibi Mariane tuóque fauenti
Ingenio Musis quas studiosus alis.

IN REMIGII BELLAQVEI Poemata.

Carmina qui posset grandi resonare cothurno
Ronsardum Gallis Regia musa dedit.

Et quæ terra Deo, mira iubente parit.
Sed pedibus teritur tellus, caput exit in altum:
Et capitis cœlum est magna capáxque domus.
Sic quibus ad cœlum pertendere maximus ardor,
Cœlo aspirantes deseruere solum.
Qualis & hic qui dum spretis cœlestia terris
Concinit, in cœli partę Moninus erit.

In Ioannis Cauræi effigiem.

ARtificis manus, os, tractus expressit & omnes
Oris: vt præsens tu videare loqui.
Sed non expressit tractus & pectoris omnis,
Et tacito nisi quod pectus & ore patet.
Nam dulci grauitas vt mixta relucet in ore
Sic dulci mixtum tu graue pectus habes.

IN ANAGRAMMATISMVM Ioannis Caurei.

DElectant alios alia magis aut minùs artes:
Scribendi cunctis forma nec vna placet.
Scripserunt multi damnosis ludicra chartis:
Scripserunt teneris turpia multa iocis.
Cauree, tu non hos sequeris, nec inania tractas:
Quæ plus, quàm prosunt, lecta nocere solent.
Tu formas teneras per scripta salubria mentes:
Et fingis digitis cærea corda tuis.

Optimum ad exemplar virtutis quodque figurans:
Qualia sunt libris multa legenda tuis.
Nec tibi sat visum est, primis quod sẽper ab annis
Persequeris pueros restituisse rudes.
Consiliis in longum tibi se debebit & ætas.
Postera quid pubes docta futura sua est.
Nec tã docta libris tenerum quàm pectus honestis
Quæ das exemplis erudienda suum.
Macte igitur virtute tua virtute tuorum:
Macte tuis factis, macte librísque tuis.
Et decus inde refer, tua quod tibi nomina versa.
(Vt liquet) Ars vanos viuere significant.

IN CENSORIVM DE DIE NAtali à Lud. Carione integritati suæ restitũ.

AD sua qui reuocas genus incunabula rursus
Humanum, natósque semel facis vsque renasci:
Cùm de natali mysteria tanta recludis,
Censorine, die: fueras dignißimus ipse
Qui natus semel, in vita per secla maneres,
Quod si mortali non vlli à morte vacare
Parca dedit: saltem quoties tu mortuus esses,
Dignus eras toties iubar ad vitale redire:
Phœnici similis, sua quem mors viua reformat,
E vita in mortẽ, è morte in lumina vitæ
Dum redit alternis, nati is funera mutat
Quod tunc ecce tibi senio iam penè sepulto

Esse dedit Carion: caries pulsáque senili
In iuuenile pia modò te decus arte reduxit:
Nomen vt à Carie Carion videatur habere,
Quam tibi Censorine, libris aliísque vetustis
Abstergens, sibi natales parat ipse perennes.

IN PETRI RONSARDI
Franciada.

IVppiter è Phrygia seruauit turre cadentem
Ficto dissimulans Astianacta dolo:
Scilicet vt Francos mutato nomine Reges
Conderet, vnde suos Francia iactat auos.
A Ioue seruatæ periisset tempore rursus
Astianacteæ gloria tota domus,
Ni Iouis exemplum tu nunc Ronsarde sequutus
Fictis seruasses Astianacta modis.

Εἰς Κελτικῆς γλώσσης Ἀπολογίαν.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης,
Εἶπεν ὁμηρείων εὐεπίην χαρίτων.
Ἓν δὲ ἠλέος μέγ᾽ ἄριστον ἀμύνεσθαι περὶ γλώττης
Τῆς πατρίης· κἀγὼ φημὶ παρῳδιάων,
Βελλάϊ ὡς γοῦν σεῦ πρόγονοι φιλοπάτριδες ἄνδρες
Ἤκουσαν πατρίης γῆς πέρι μαρνάμενοι.
Οὗτος καὶ πατρίης σὺ συνηγορέων περὶ γλώττης,
Κληδὸν ἀεὶ χρήστ᾽ ὃς φιλόπατρις ἀνήρ.

AD CLARISSIMVM VIRVM Andream Paſtoureau Regium in Curia Pariſienſi Senatorem.

QVi ſolitus mediis animas de faucibus orci
Eripere, & triplicem detinuiſſe colum,
Ille idem Hollerius medio reuocatur ab orco:
Et ſua produci ſtamina ſecta videt.
Si non arte ſua, qua non habet ille ſecundum,
Paſtorei certe ſedulitate ſui,
Qui gener vt ſoceri genus haud ſinit eſſe caducu!
Hollerii genitos ſtirpe per Holleridas.
Sit quoque ne ſoceri pereat cum nomine fama.
Scripta palàm vulgans Holleriana vetat.
Quæ ferus intercepta lupus cùm nuper ab acta,
Ceu ſtabulis teneram dilaniaret ouem,
Sedulus vt paſtor prædam de dente lupino
Excuſſit, & nomen reprobat ipſe ſuum.
Felix Hollerine, viuo cui fauit Apollo,
Eſſet Apolliniea ne quis in arte prior.
Felix Hollerine, cui paſtoralis Apollo
Paſtoreum, ſibi qui ſeruet ouile dedit.
Quilibet vt veniat fallax Germanus Iaſon,
Aurata vacuus pele redibit iners.

IN VOLPHII FVRTVM AVALetio deprehenſum,

In effigiem Antonii Valetii.

Os videt Hypocratis, quisquis videt ora Galeni.
Os videt ille Galeni, os qui videt Hollerianum,
Os videt Hollerii, quisquis videt ora Valeti.

Εἰς Ἀντώνιον Οὐαλήπιον.

Ἱπποκράτους εἰκὼν ὁ Γαληνὸς, τοῦ δὲ Γαληνοῦ
Ὁλλέριος, τοῦ δ᾽ ὁλλερίου Οὐαλήπιος εἰκών.

VERSIVM ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS HENRICI ÆNGOlismæi in admonitum Bartasii Versio.

DIuinæ si mentis erat quæ altißima quæque
Legerunt nostræ mentis in arce locum.
Si sanctum desiderium, cœlestis & ardor,
Ardorem humanis incutit ingeniis.
Hic Salustius est cœlestibus ignibus ardens:
Balsameus cuius gutture flagrat odor.
Magni magna Dei nobis mysteria pandit:
Condiderat seclis quæ deus ipse suis.
Non faber hic duræ super aut incute, vel arte:
Mollis penicidi, cuspide sed calami.
Nec pinxit, sculpsit, sed scripsit quidquid in orbe est.
Exempli Bartas inde carétque sui.
Sed sibi se similem solum cui dicat habebit,
Vtraque cui Mundi linea ducta fuit.

In Francinam Baifii.

QVid iuuat argutis iterum complere querelis
Omnia Francinæ quas nouus exit amor?
An Mollina tuo nondum ſatis vna furori,
An tibi viſa parum eſt vna puella modi?
Sed tamen hoc ita ſit dum quo tu ſæuius ardes,
Dulcius ardores hoc modulere tuos.
Illa quidem te plaga prior perſtrinxerat altè,
Quæ fuit in verſus tam lachrimoſa tibi.
Sed nunc quo propior vitalibus ictus,
Dulcior hoc icti plorat in ore ſonus.
Sicut olorinum quo per latus iuit arundo
Altiùs hoc moriens blandiùs ille canit.
Hic quoque quam verax, tam dulcis teſtis & index
Cautus erit mortis nunc in amore tuæ.
Forſitan & hinc cùm te morientem ſenſiet illa,
Quæ mortis cauſa eſt, ne moriaris erit.

In tragicomediam Ludouici le Iars.

COmica cum tragico laſciuia ſyrmate mixta
Túque cothurnato cum pede ſocce leuis:
Cū Sopochle iunctum ſi expreſſeris arte Menandrū,
Prouocet vt ſcænam Gallica Cæcropiam.

Εἰς Εσπεγχαῖον θεόλογον τῶν ἐπιφανεστάτων.

Ὄλβιος, Ἐσπεγχαῖε, γραφῶν ἱερῶν ὑποφήτης,
Τόσσα πανηγυρίζας ὄχλον ἐς ἀμφίχυτον.
Ὄλβιος εἶ τόσσον ἱερῶν δημηγορεάων
Αἷς κατὰ τὰς προέδρας τρίψας ἀπειρεσίας.
Τῶν ἁγίων σελίδων μυστήρια κρυπτὰ προφαίνων
Καὶ κέντρον λείπων ὠσὶν ἐν ἀκροατῶν.
Ὧν ποτε γευσάμενος κἀγὼ θαύμαζον ἀκούων
Πασῶν ἐξ ἀρετῶν πουλὺ τὸ μνημονικόν.
Τόσσα διὰ στόματος κατ᾽ ἀρίθμους δόγματα σεμνῶν
Τῶν περὶ θεῖα λόγων πρόσθε σοφιζομένων.
Ὥστε δοκεῖν σέο λέξιν ὅλην τὴν βιβλιοθήκην
Εἶν᾽ ἐν ὁμιλίαις τὴν ἱερωνυμίην.
Νῦν ἄγε ψυχάων τόσσων μετάνοιαν ἐχουσῶν
Ἔκ τε λόγων τῶν σῶν ἔκ τε λογογραφιῶν.
Δράγματα χειρῶν δεῖξον ἀμ᾽ εὐσταχύεσσιν ἀ-
μαλλαῖς
Ἄξιον ἔργων σοι μισθὸν ἵν᾽ ἀντιδίδω.
Ἄξιος ἐργατίνης μισθοῦ, καὶ πιστὸς ὁ Χριστός
Ἀντὶ πόνων δοῦναι λῆμμ᾽ ἑκατονταπλάσιον.

Ad D. Huraltum Cancellarium.

NVper mortuus ille cùm Biragus,
Quod tu munus habes Huralte, haberet,
Regali mihi déque pensione
Vt nunc conquererer minus soluta:
Iussit mox mihi de suo ære solui:
Et factus meus est Proquæstor ipse.

Tu nunc auſpicium tui fauoris,
Si non tale mihi Patrone, præſtas,
Quæſtori, duo verba fare ſaltem:
Auratum expedias, ſatis ſupérque
His verbis facies mihi duobus:
Dum ſint ſeria, dúmque ponderoſa.



IO. AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij Epigramatum.

LIB. 3.

Ad. D. Seguierum Proprætorem.

SVnt illinc tibi, sunt & hinc clientes
(Proprætor Seguiere) perstrepentes
Aures vsque tuas negociosas.
Sunt illinc mihi, sunt & hinc amici
(Quales Lector egens egentiores
Est credendus habere) sed molesti:
Qui me sæpe molestiam exhibere
Cogunt supplicibus tibi libellis,
Horum, ne mihi sæpe sint molesti,
(Nostræ gratia si qua Musæ apud te)
Rem, qua ius sinit, expedi: expedibis
Te sic méque clientibus molestis.

QVod mihi promisti Regali nuper in aula,
Vt tua sit Balli gratia prompta mihi.
Hoc mihi nunc præsta, Ratione maxime Præses,
Promissi vt ratio sit sine fraude tui.
Nec rationis eget mea sed iustissima causa est,
Ora laboranti non religare boui.

AD PHILIPP. HVRALTVM Galliæ Cancellarium.

PAtronis mihi de duobus vnus
Fato functus obiit bonus Biragus,
Qui viuúsque moriénsque sæpe fouit
Auratum, aureolis subinde missis.
Alter nuper Huralte tu priori
Suffectus caput est sacri senatus,
Longos sísque Deûm (precor) per annos,
Et viuúsque valénsque me fauore
Quanto iam facis antè prosequaris,
Vel duplo potius tuo fauore,
Vnus tu mihi pro duobus vt sis,
Et damnum graue suppleas adempti.

Ad D Ant. Seguierũ Proprætorẽ.

Nuper benignam tu quod audientiam
Vxorio dederis libello supplici

Seguiere magna habetur à me gratia,
Sed tergiuersans noster aduersarius
Causam ampliari petiit, & fucos facit
Nobis nisi tu, qui potes, prouideris.
Manifesta res est, qua de agitur & quæstio
Non amplianda, iudicanda sed tibi
De plano (vt aiunt) id quod vt faxis, precor.
Rem nosse quæris? mater extincto patre
Denupta, veult circumuenire filiam
Causa mariti, quem secundis nuptiis
Duxit: domũque iam paternam vẽdidit
Nummos recepit: filiæ partem abnegat,
Hæc tota causa, qua nec vlla clarior,
Nec dignior quam iure summo Iudices:
Mater suæ nouerca facta filiæ.

Ad D. Chipardũ insignẽ causidicum

CAusa solet vinum si vatibus esse canendi,
Ni Chiparde piæ candor amicitiæ.
Tu mihi misisti genero si pocula vini,
Carmina de vino facta remitto tibi:
Effectus sequitur causam, meliora fuissent
Carmina, nec vino deteriora tuo:
Sed lympha miscere merum sum febre coactus,
Carmina nunc vino conuenienter erunt.
Diluto diluta puta mea carmina vino,
Respondere valens viuidiora dabo,

Tu memor interea nostri (precor) ut facis, esto:
Sic tua sit pleno lingua diserta foro.

Ad P. Ronsardum.

AD te iam venio, tua si Ronsarde legenti
Carmina, deprēdit quæ me tua charta legentē
Cum consorte tuas nostras & amante Camœnas,
Ad mala tot primo recitans perduxerit ouo.
Nam tua commoditas incommoda non erit vnquā
Vlla mihi: modò ne gratos venturus in hortos
Sicut heri fallas tua tempore tecta petentem
Indicto. credo, ne si mea forte videret
Fœda puellarum formosior ora tuarum:
Signa crucis fronti mox imprimat obuia laruæ,
Me simulachra putans magis exhorrenda videri,
Quàm quæ nocturnus tua nunc gerit ora Lycaon.

Εἰς ἀκριβέα Θεβήτου κοσμογραφικά.

Ἔπλης οὐκ ἔδραμες, τὸν ἁπλοῦν δρόμον οὐδὲ δίαυλον
Οὐδ' ἓν ἀνὰ στάδιον, ἀλλὰ τετραπλάσιον.
Οὐ ποσὶν, οὐδ' ἵπποις, πτερύγεσσι δὲ ἠὲ πεδίλοις
Ἑρμοῦ τετραπτέροις ἶσα τρέχων ἀνέμοις.
Οὐδὲ δύ' ὠκυπετεῖς Διὸς ἄγγελοι οὐρανομέτραι
Ὧδε θροῶς κόσμου δεῖξαι ἐπομφάλιον.
Ὡς σὺ φίλ' ὦ Θεόβητε θεοῦ τινὸς ἡνιοχῆος
Ὥσπερ ὁ Θεοσβίτης ἅρμασιν ἐμβεβαώς.

Γῆς διαμετρήσας πάσης κύτος ἠδὲ θαλάσσης,
Κόσμος ἅπαντα τάτ' ἐν κόσμῳ ἀπεικόνισας.
Αὔθ' ὧν ἓ στέφανός σοι ὀφείλεται εἷς σμικρὸς, ἀλλὰ
Κοσμικὸς οἷα δρομεὺς κόσμον ἔχε στέφανον.

Ad. D. Gelæum.

Magni maxima pars fori Gelæe,
Quo non sanctior illa Cretis vrna
Minois: graue ne sit hunc libellum,
Quem mittit tibi Musa, lectitare.
Inter, quos iuuenes docens laboro,
Vnus Mercurialis artis, ac non
Phoeboee docilis, mihi meísque
Quædam surripuit, deditque venum
Sic vili pretio: pudens vt Emptor
Deberet malè parta suspicari.
Dignum tu sed in hos malos emaces
Exemplum statuens, fac extumescant
Sic posthac iuuenum emptitare furta,
Furtorum facit Emptor ipse fures.

Ad Bacchum.

A Ioue facta grauis peperit pulcherima pulchrū
Te Liber Semele, persimilémque tibi.

Sed ſimul acpeperit, periiſſe puerpera fertur
Ne pareret, poſſet qui ſuperare Iouem.
Nunc ſimili Semeles eſt vſa puerpera fato,
Cui data lux geminis luce ſed ipſa caret.

Ad Sacratiſſimum Senatum Pariſienſem.

PArua mihi lis eſt in Regis agenda ſenatu,
Pro qua iniuſtitiam iuſtitia aggreditur,
Vos contra iniuſtum ſtantes pro iure fauete
Sacra ſenatorum curia iuris amans.

Ad Galliam.

TEr quater ô felix Herico Gallia Rege
Nõmodo qui furias ternas totidẽ aguib⁹ æquas,
Terrarum toto bacchantes nuper in orbe
Vicit: quarta ſed ipſa ſororum maxima natu,
Ciuica cui pulſa eſt facta Diſcordia pace,
Vt tribus accedat iam quarta corona coronis.

Verſion des ſuſdicts.

O France Henri regnant trois quatrefois heureuſe.
Qui a non ſeulememt trois Furies domté
Ou autant de ſerpens dont eſtoit tourmenté
L'vniuers: mais auſsi des ſeurs la plus hydeuſe
La ciuile Diſcorde. afin qu'vne Couronne
Quatrieme auec les trois ſon hault chef enuironne.

Ad Regem.

TErtius Henricus quod habes & nomen & omen
Verè in te Christus nomen & omen inest.
Antè sed ad Franci quam regni sceptra venires,
Laureus huic ensis iam tibi nomen erat.
Nunc cùm bella vigent pro relligione piorum
Iam suscepta tibi, nomine victor eris,
Nam quia grata tibi, Vincennia rura frequentas
Fœlix vincendi nomen & omen habes.

Ad D. Maugium.

MAugi, qui doctis fidissimus vnus amicis,
Commendas illos Mollando, qui tibi pene est
Frater, Regis habens æraria maxima curæ:
Vltro cùm doctis faueat, magis & fauet illis
Commendante tuo per verba benigna fauore.
Non te ego cognoui nuper: sed pluribus annis
Antè, quibus veræ virtutis & artis amator
Omnis eras, noua sed nunc experientia testis
Est locuples: bene te de méque meáque merente
Coniuge, quos ambos ium dura premebat egestas,
Ni tempestiuus tu commendator adesses:
Méque librósque meos venales asseruisses.
Gratia ab Aurato debebitur vnde perennis
Mollando, atque tibi, Musarum vtrique Patrono.

Ad.D. Maugium.

CVm nuper pede te laborioso
Sed cogente necessitate summa
Maugi spes mea summa visitassem.
Tu nostrum miserans grauem dolorem.
Duxisti malè claudicans vt vltrà
Ne quam vtrique molestiam exhiberem.
Visendi mihi te, tibi videndi
Quare ne simul ipse sim molestus
Ambobus mea charta supplicatrix
Fac partes peragat meas apud te
Absénsque putes adesse coràm.
Auratum memori hunc habere curæ
Vt pergas memorem esse me probabo
Si gratæ meminere cuncta Musæ
Vt quæ sint memoris Deæ propago.

Ad Seguierum Proprætorem.

CIuilis Seguiere fori Proprætor, in vrbe
Parrisia cui Rex iura suprema dedit.
Præsidis ob meritos patrísque & fratris honores,
Quos iuris dedit his inuiolatus amor.
Si tibi sum notus, si me nouere parentes,
Hunc puerum testor discipulum esse meum.
Quem precor ipse tuo dignere fauore tueri:
Qua tua sancta fides, qua sacra iura sinunt.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς Ι. Μ. Τοσκανοῦ ἐπίγραμμα.

Τόσκαν ὁμοπατρίων ὃς ἀναζωγρῆ τὰ θανόντων,
  Δαιδάλλεις πέπλῳ σφᾶς ἐνὶ Παλλαδίῳ.
Τίπτε καὶ οὐκ αὐτὸν σὺ ὑφάσματι ταὐτῷ ἐνείρας
  Ἄξιον αὐτὸν ἔχειν τ' ἀκροκόρυμβα πέπλου;
Φειδωλὸς λίην τις ὁμῶς σὺ, καὶ ἄφθονος ἦσθα,
  Σοὶ φθονέων αἴνου, τοῖς δὲ χαριζόμενος.
Ναὶ μὰ σὲ Παλλὰς ἑῷ πολυδαιδάλῳ ἢ χερὶ τούτου
  Ἀντὶ πόνου, μέλλει ποικιλοχειρογραφεῖν.

Idem ab eodem Latinè conuerſum.

Nomina qui reuocas popularia rurſꝰ ab Or-
  O TOSCANE, Peplo tradita Palladio: (co,
Cur tu non intexis & huic tua nomina telæ,
  Dignus eras primũ cuius habere locum?
Scilicet es pariter parcúſque & prodigus idẽ,
  Dans aliis laudes, inuidus ipſe tibi.
Fallor, an ipſa ſuo docto te pollice Pallas
  Pro tali intexet ſtamine Palladio?

AD SERENISSIMAM PRINCIPEM MARGARETAM FRANCIÆ, Nauarræ Reginam.

CÆlestis quibus est mentis natura beatæ,
Nil cœlum, cœli præter & astra volunt.
Quod tibi cœlestis sit, Margari, mentis origo,
Mens tua, quæ cœli tendit ad astra probat.
Non tamen ad cœlum gradus est, vt more Gigãtum
Pelion ossa super, Ossan Olympus eat.
Sed via per numeros numerosa paratur ad astra,
Hac iter ad cœlum est, hac leuis astra petis.
Et quia totus in his animus cœlestia captans,
Versatur numeris, Margari dia, tuus.
Hunc Gosselinus numerorum de arte libellum,
Votiuam vt tabulam, ferat in æde tua.

Versuum Clariss. viri Delbenij versio.

QVod tẽpus, quæ ferrea vis, quis & igneus ardor
Hanc tabulam veram fregerit, orbis opus?
Cui bone tu princeps Musarum Gloria secli
Inscripti nomen frontis in arce tuum.
Sic Mecœnas ille suis rarum decus,
Ornauit Flaccum Virgiliúmque modis.
Cuius præsidio, cuiúsque fauore benigno
Inque dies vigor hic crescerit ínque dies.
Perge age Mecœnas magno de sanguine regum,
Edite Francorum.
Virgilium facies Gallum, Flaccúmque renasci:
Fallor? an in Berta natus vterque redit?

Molis opus magnæ, magno qui versibus actis
Dum canit, æquauit carmine materiam.

In Andræe Theueti Effigiem.

PPostquam lustraſti terrarum qua patet orbem,
Andrea Aquitano nate Theuete ſolo.
Illuſtras homines illuſtres, arte vel armis,
Seu tabulas pictas ſiue per hiſtorias.
Dignus es ergo aliis quod das decus ipſe referre,
Inter vt illuſtres annumerere viros.

In Andreæ Theueti hiſtoriam de viris Illuſtribus.

Illuſtres Theuete viros Illuſtribus arte
Inſeris in cœlo das & habere locum.
Qualis & antiquis datus eſt heroibus illis,
Quorum nominibus ſydera dicta micant.
Sed quia vix veterum vetus omnia nomina cœli
Sphæra capit, noua nunc ſphæra paranda nouis.
Ergo nouum cœlum, nouus & polus, & nouus axis,
Heroum effigies mittat in aſtra nouas.
Túque nouus iam ſed Gallorum cœlifer Atlas,
Qui portas humeris tot noua ſigna tuis.

Ad D. Regis Rationum Magiſtros.

VT Deus vsque piis mittit ſolatia grata
Cum ratione, piæ neſint rationis egentes,
Quos rationis egens paupertas vrget egenos.
Sic & vos Regis Rationum ſumma Magiſtri
Integritas pietáſque, Dei functi vice nuper
Eſtis ſolati auratum quindena per auri
Probis deuoto numeranda numismata vati,
Qui veſter fauor in vatem tam pronus egentem
Mente mea memori nunquã excidet excidat ipſa
Ni ratio Aurato Rationum ingrata Magiſtris.

Εἰς τρῶγον καὶ Ἰουστῖνον.

Τρωγὸν γῆρας ἔτρωγεν, Ἰουστῖνος δ' ἐλεήσας
Ἡ μίβρωκτον ἀνὰ ζώγρεεν, ὡς τὸν ὅλον.
Γῆρας δὲ φθονέον τῷ ζωγρήσαντι καὶ αὐτὸν
Τρώξει Ἰουστῖνον βιβλοφάγῳ μανίῃ.
Ἀλλὰ σὺ νῦν Βουγάρσι ἄμ' ἀμφοτέρους ἐλεαίρων,
Ὥς Πέλοπ' ὠμολιπῆ ζεὺς, ἔθεσ' ἀρτιμέας.

In nouam operum miſcellaneorum Orlandi editionem verſus.

MVſa prius fuerat quæ nullo carmina cantu
Muſcaret tacitè, ſic quaſi muta foret:
Donec & eſt muſis cui nomen ab arte canendis,
Ipſa dedit Muſæ Muſica dulcè loqui.
Non tamen vt ſenſus animi vox viua notaret,
Dum rudis ars ſolos dat ſine mente ſonos.

At nunc Orlandus doctis sic cantibus omnes
Humani affectus exprimit ingenii:
Eius ut in modulis non res per carmina tantùm
Quæque cani, præsens sed videatur agi.

Ad Io. Matthæum Toscanum.

TVscanos & auos, & Tuscæ stemmata gentis,
Inde Senatores, indéque Patricios,
Illum Pontificem, legatum regis at illum,
Quos vel nominibus dicere longa mora est,
Præteriens, vnum mea nunc per carmina dicam
Paullum, cuius honos æmulus instat auis:
Claræ clara subest cui nunc ecclesia vallis,
Quémque Cadurcorum sacra cathedra decet.
Cuius tam pietas, vrbis quàm prouida cura
Fecit ab externo iam sit vt indigena.
Qui doctus doctos amat, & veneratur, & ornat.
Artibus inprimis, quas amat ille, sacris.
Te tamen ante omnes fouet, ô Matthæe, propinquũ
Cui resonat Latium carmen Hebræa chelys.
Vatis Aquinati Vates Romanus alumnum
Qui, quod es, esse palàm te profitere meum.
Et mihi tu certè non inficienda docenti
Gloria: qui plectrum sic iuuenile moues.
Cuius iam iuuenis seniores prouocat omnes
Barbitus: & primis annumeranda venit.

Et dubitere licet magis admirabile dicam
Artis opúsne tuæ, vel pietatis opus.
Sed tamen ante artem simul, ingeniúmque poëtæ
Miror in Hebræa simplicitate fidem.
Felix primitias tales, te vate, colonus
Antistes referet, cui tua plectra dicas.
Et, nisi me vanæ fallunt præsagia mentis,
Vberiora tui cultor habebit agri.
Claráque nunc vallis fiet se clarior olim:
Cui tales fructus fert generosus ager.

Quæ sit vita viri, quæ sint & præmia, iusti,
Iniusti contrà, Regia plectra canunt.

Irrita frendentes in Christum verba tyrannos,
Quantáque sint Christi regna futura docet.

Maior eum numero quamuis ferus obruat hostis:
Vindice non dubitat vincere posse Deo.

A Domino sibi poscit opem Rex *fessus in hostes:*
Quo duce venturos sub sua iura canit.

Vt mala contingant iniustis cuncta precatur:
Contingant iustis vt bona cuncta vouet.

Pœnitet errati: veniámque precatur: ab illa
Venturum sperans hostibus exitium.

Innocuæ testem vitæ sibi numen adorat,
Hostis vti fraudes in caput hostis eant.

Decantatur honor, maiestas, gloria Christi:
Omnia cui genitor sponte regenda dedit.

Vt fouisse pios, sic debellasse superbos
Esse Deo dignum vindice monstrat opus.

Desertam velut à Domino se turba fidelis
Luget inhumanis facta rapina lupis.

Auxilio fretus Domini, qui lumine lustrat
Omnia, nílque minas, nílque pericla timet.

Cùm sit vana fides hominum, fiducia fallax,
Vnius auxilio nititur ipse Dei.

Opressus turba se circumstante malorum
A, velut oblito, numine poscit opem.

Optat vt aduentus Christi discernat vtrosque.
Quíque Dei fidunt numine, quíque negant.

Vera piæ vitæ ratio describitur, & qua
Ad sedes superas arte paretur iter.

Monstart in hac quæ sint pietati premia vitæ:
Sed maiora, obita morte, manere docet.

QVod mihi promisti Regali nuper in aula,
Vt tua sit Balli gratia prompta mihi.
Hoc mihi nunc præsta, Ratione maxime Præses,
Promissi vt ratio sit sine fraudatui.
Nec rationis eget mea sed iustissima causa est,
Ora laboranti non religare boui.

AD PHILIPP. HVRALTVM Galliæ Cancellarium.

PAtronis mihi de duobus vnus
Fato functus obiit bonus Biragus,
Qui viuúsque moriénsque sæpe fouit
Auratum, aureolis subinde missis.
Alter nuper Huralte tu priori
Suffectus caput est sacri senatus,
Longos sisque Deúm (precor) per annos,
Et viuúsque valénsque me fauore
Quanto iam facis antè prosequaris,
Vel duplo potius tuo fauore,
Vnus tu mihi pro duobus vt sis,
Et damnum graue suppleas adempti.

Ad D Ant. Seguierũ Proprætorẽ.

Nuper benignam tu quod audientiam
Vxorio dederis libello supplici

Seguiere magna habetur à me gratia,
Sed tergiuersans noster aduersarius
Causam ampliari petiit, & fucos facit
Nobis nisi tu, qui potes, prouideris.
Manifesta res est, qua de agitur & quæstio
Non amplianda, iudicanda sed tibi
De plano (vt aiunt) id quod vt faxis, precor,
Rem nosse quæris? mater extincto patre
Denupta, veult circumuenire filiam
Causa mariti, quem secundis nuptiis
Duxit: domũque iam paternam vẽdidit
Nummos recepit: filiæ partem abnegat,
Hæc tota causa, qua nec vlla clarior,
Nec dignior quam iure summo Iudices:
Mater suæ nouerca facta filiæ.

Ad D. Chipardũ insignẽ causidicum

Causa solet vinum si vatibus esse canendi,
Ni Chiparde piæ candor amicitiæ.
Tu mihi misisti genero si pocula vini,
Carmina de vino facta remitto tibi:
Effectus sequitur causam, meliora fuissent
Carmina, nec vino deteriora tuo:
Sed lympha miscere merum sum febre coactus,
Carmina nunc vino conuenienter erunt.
Diluto diluta puta mea carmina vino,
Respondere valens viuidiora dabo,

Tu memor interea nostri (precor) ut facis, esto:
Sic tua sit pleno lingua diserta foro.

Ad P. Ronsardum.

AD te iam venio, tua si Ronsarde legenti
Carmina, deprēdit quæ me tua charta legentē
Cum consorte tuas nostras & amante Camœnas,
Ad mala tot primo recitans perduxerit ouo.
Nam tua commoditas incommoda non erit vnquā
Vlla mihi: modò ne gratos venturus in hortos
Sicut heri fallas tua tempore tecta petentem
Indicto. credo, ne si mea forte videret
Fœda puellarum formosior ora tuarum:
Signa crucis fronti mox imprimat obuia laruæ,
Me simulachra putans magis exhorrenda videri,
Quàm quæ nocturnus tua nunc gerit ora Lycaon.

Εἰς ἀνδρέα θεβήτου κοσμογραφικά.

Ἔπλης οὐχ ἔδραμες, πολλά πλοῦν δρόμον οὐδὲ δίαυλον
Οὐδ' ἓν ἀνὰ στάδιον, ἀλλὰ τετραπλάσιον.
Οὐ ποσὶν, οὐδ' ἵπποις, πτερύγεσσι δὲ ἠὲ πεδίλοις
Ἕρμου τετραπτέροις ἶσα τρέχων ἀνέμοις.
Οὐδὲ δύ' ὠκυπέτεις Διὸς ἄγγελοι οὐρανομέτραι
Ὧδε θοῶς κόσμου δεῖξαν ἐπομφάλιον.
Ὡς σὺ φίλ' ὦ θεόβητε θεοῦ τινὸς ἡνιοχῆος
Ὥσπερ ὁ θεοσβίτους ἅρμασιν ἐμβεβαώς.

Γῆς διαμετρήσας πάσης κύτος ἠδὲ θαλάσσης,
Κόσμος ἅπαντα ταῦτ' ἐν κόσμῳ ἀπεικόνισας.
Αὐθ' ὢν οὐ στέφανός σοι ὀφείλεται εἷς σμικρὸς, ἀλλὰ
Κοσμικὸς οἷα δρομεὺς κόσμον ἔχε στέφανον.

Ad. D. Gelæum.

Magni maxima pars fori Gelæe,
Quo non sanctior illa Cretis vrna
Minois: graue ne sit hunc libellum,
Quem mittit tibi Musa, lectitare.
Inter, quos iuuenes docens laboro,
Vnus Mercurialis artis, ac non
Phoeboee docilis, mihi meísque
Quædam surripuit, dedítque venum
Sic vili pretio: pudens vt Emptor
Deberet malè parta suspicari.
Dignum tu sed in hos malos emaces
Exemplum statuens, fac extumescant
Sic posthac iuuenum emptitare furta,
Furtorum facit Emptor ipse fures.

Ad Bacchum.

A Ioue facta grauis peperit pulcherima pulchrũ
Te Liber Semele, persimilémque tibi.

Ad Regem.

TErtius Henricus quod habes & nomen & omen
Verè in te Christus nomen & omen inest.
Antè sed ad Franci quam regni sceptra venires,
Laureus huic ensis iam tibi nomen erat.
Nunc cùm bella vigent pro relligione piorum
Iam susceptа tibi, nomine victor eris,
Nam quia grata tibi, Vincennia rura frequentas
Fœlix vincendi nomen & omen habes.

Ad D. Maugium.

MAugi, qui doctis fidissimus vnus amicis,
Commendas illos Mollando, qui tibi pene est
Frater, Regis habens æraria maxima curæ:
Vltro cùm doctis faueat, magis & fauet illis
Commendante tuo per verba benigna fauore.
Non te ego cognoui nuper: sed pluribus annis
Antè, quibus veræ virtutis & artis amator
Omnis eras, noua sed nunc experientia testis
Est locuples: bene te de méque meáque merente
Coniuge, quos ambos ium dura premebat egestas,
Ni tempestiuus tu commendator adesses:
Méque librósque meos venales asseruisses.
Gratia ab Aurato debebitur vnde perennis
Mollando, atque tibi, Musarum vtrique Patrono.

Ad.D. Maugium.

CVm nuper pede te laborioso
Sed cogente necessitate summa
Maugi spes mea summa visitassem.
Tu nostrum miserans grauem dolorem.
Duxisti malè claudicans vt vltrà
Ne quam vtrique molestiam exhiberem.
Visendi mihi te, tibi videndi
Quare ne simul ipse sim molestus
Ambobus mea charta supplicatrix
Fac partes peragat meas apud te
Absénsque putes adesse coràm.
Auratum memori hunc habere curæ
Vt pergas memorem esse me probabo
Si gratæ meminere cuncta Musæ
Vt quæ sint memoris Deæ propago.

Ad SeguierumProprætorem.

CIuilis Seguiere fori Proprætor, in vrbe
Parrisia cui Rex iura suprema dedit.
Præsidis ob meritos patrísque & fratris honores,
Quos iuris dedit his inuiolatus amor.
Si tibi sum notus, si me nouere parentes,
Hunc puerum testor discipulum esse meum.
Quem precor ipse tuo dignere fauore tueri:
Qua tua sancta fides, qua sacra iura sinunt.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς Ι. Μ. Τοσκανὸν
ἐπίγραμμα.

Τόσκαν ὁμοπατρίων ὃς ἀναζωγρεῖς τὰ θανόντων,
Δαιδάλλεις πέπλῳ σφᾶς ἐνὶ Παλλαδίῳ.
Τίπτε καὶ οὐκ αὐτὸν σὺ ὑφάσματι ταὐτῷ ἐνείρας
Ἄξιον αὐτὸν ἔχειν τ' ἀκροκόρυμβα πέπλου;
Φειδωλὸς λίην τις ὁμῶς σὺ, καὶ ἄφθονος ἦσθα,
Σοὶ φθονέων αἴνου, τοῖς δὲ χαριζόμενος.
Ναὶ μὰ σὲ Παλλὰς ἑῷ πολυδαιδάλῳ ἣ χερὶ τούτου
Ἀντὶ πόνου, μέλλει ποικιλοχειρογραφεῖν.

Idem ab eodem Latinè conuerſum.

Nomina qui reuocas popularia rurſus ab Or-
O T O S C A N E, Peplo tradita Palladio: (co,
Cur tu non intexis & huic tua nomina telæ,
Dignus eras primū cuius habere locum?
Scilicet es pariter parcúſque & prodigus idē,
Dans aliis laudes, inuidus ipſe tibi.
Fallor, an ipſa ſuo docto te pollice Pallas
Pro tali intexet ſtamine Palladio?

AD SERENISSIMAM PRIN-
CIPEM MARGARETAM FRAN-
ciæ, Nauarræ Reginam.

Molis opus magnæ, magno qui verſibus actis
Dum canit, æquauit carmine materiam.

In Andræ Theueti Effigiem.

POſtquam luſtraſti terrarum qua patet orbem,
Andrea Aquitano nate Theuete ſolo.
Illuſtras homines illuſtres, arte vel armis,
Seu tabulas pictas ſiue per hiſtorias.
Dignus es ergo aliis quod das decus ipſe referre,
Inter vt illuſtres annumerere viros.

In Andreæ Theueti hiſtoriam de viris Illuſtribus.

Illuſtres Theuete viros Illuſtribus arte
Inſeris in cœlo das & habere locum.
Qualis & antiquis datus eſt heroibus illis,
Quorum nominibus ſydera dicta micant.
Sed quia vix veterum vetus omnia nomina cœli
Sphæra capit, noua nunc ſphæra paranda nouis.
Ergo nouum cœlum, nouus & polus, & nouus axis,
Heroum effigies mittat in aſtra nouas.
Túque nouus iam ſed Gallorum cœlifer Atlas,
Qui portas humeris tot noua ſigna tuis.

Ad D. Regis Rationum Magistros.

VT Deus vsque piis mittit solatia grata
Cum ratione, piæ nesint rationis egentes,
Quos rationis egens paupertas vrget egenos.
Sic & vos Regis Rationum summa Magistri
Integritas pietásque, Dei functi vice nuper
Estis solati auratum quindena per auri
Probis deuoto numeranda numismata vati,
Qui vester fauor in vatem tam pronus egentem
Mente mea memori nunquã excidet excidat ipsa
Ni ratio Aurato Rationum ingrata Magistris.

Εἰς Τρῶγον καὶ Ἰουστῖνον.

Τρῶγον γῆρας ἔτρωγεν, Ἰουστῖνος δ' ἐλεήσας
  Ἡμίβρωκτον ἀνεζώγρεεν, ὡς τὸν ὅλον.
Γῆρας δὲ φθονέον τῷ ζωγρήσαντι καὶ αὐτὸν
  Τρώξειν Ἰουστῖνον βιβλοφάγῳ μανίῃ.
Ἀλλὰ σὺ νῦν Βογάρσι ἄμ' ἀμφοτέρους ἐλεαίρων,
  Ὥς Πέλοπ' ὠμολιπῆ Ζεύς, ἔθεσ' ἀρτιμέας.

In nouam operum miscellaneorum Orlandi editionem versus.

MVsa prius fuerat quæ nullo carmina cantu
Muscaret tacitè, sic quasi muta foret:
Donec & est musis cui nomen ab arte canendis,
Ipsa dedit Musæ Musica dulcè loqui.
Non tamen vt sensus animi vox viua notaret,
Dum rudis ars solos dat sine mente sonos.

At nunc Orlandus doctis sic cantibus omnes
Humani affectus exprimit ingenii:
Eius vt in modulis non res per carmina tantùm
Quæque cani, præsens sed videatur agi.

Ad Io. Matthæum Toscanum.

TVscanos & auos, & Tuscæ stemmata gentis,
Inde Senatores, indéque Patricios,
Illum Pontificem, legatum regis at illum,
Quos vel nominibus dicere longa mora est,
Præteriens, vnum mea nunc per carmina dicam
Paullum, cuius honos æmulus instat auis:
Claræ clara subest cui nunc ecclesia vallis,
Quémque Cadurcorum sacra cathedra decet.
Cuius tam pietas, vrbis quàm prouida cura
Fecit ab externo iam sit vt indigena.
Qui doctus doctos amat, & veneratur, & ornat.
Artibus inprimis, quas amat ille, sacris.
Te tamen ante omnes fouet, ô Matthæe, propinquũ
Cui resonat Latium carmen Hebræa chelys.
Vatis Aquinati Vates Romanus alumnum
Qui, quod es, esse palàm te profitere meum,
Et mihi tu certè non inficienda docenti
Gloria: qui plectrum sic iuuenile moues.
Cuius iam iuuenis seniores prouocat omnes
Barbitus: & primis annumeranda venit.

Innocuæ testem vitæ sibi numen adorat,
Hostis vti fraudes in caput hostis eant.

Decantatur honor, maiestas, gloria Christi:
Omnia cui genitor sponte regenda dedit.

Vt fouisse pios, sic debellasse superbos
Esse Deo dignum vindice monstrat opus.

Desertam velut à Domino se turba fidelis
Luget inhumanis facta rapina lupis.

Auxilio fretus Domini, qui lumine lustrat
Omnia, nílque minas, nílque pericla timet.

Cùm sit vana fides hominum, fiducia fallax,
Vnius auxilio nititur ipse Dei.

Opressus turba se circumstante malorum
A, velut oblito, numine poscit opem.

Optat vt aduentus Christi discernat vtrosque.
Quíque Dei fidunt numine, quíque negant.

Vera piæ vitæ ratio describitur, & qua
Ad sedes superas arte paretur iter.

Monstart in hac quæ sint pietati premia vita:
Sed maiora, obita morte, manere docet.

Monſtrat in hac quæ ſint pietati præmia vitæ:
Sed maiora, obita morte, manere docet.

Orat ab inſidiis Deus vt ſe liberet hoſtis:
Occulta petiit qui caput arte ſuum.

Victor agit Domino ſolenni carmine grates:
Proſtratóque Deus quantus ab hoſte docet.

Quanta Dei ſit maieſtas opere arguit ipſo:
Et veniam culpæ ſupplice voce rogat.

Vota Deo populus ſolennia carmina reddit
Optato tandem pro ſibi Rege dato.

Quos Deus in Regem iam contulit æquus honores
Commemorat, ſperans vberiora dari.

E cruce pendentem Chriſtum cruciatibus angi
Concinit: & gentes ad ſua ſigna trahi.

Eſſe Deo curæ teſtatur voce fideles:
Quos maneat nullo fine beata quies.

Imperet in totum quanuis Deus vnicus orbem:
Carior orbe toto non tamen orbe Sion.

Hoſti-

Hostibus oppressus, Deus, ad te confugit, orans
Des iuueni veniam, consiliúmque seni.

Integer & purus Domino sibi iudice quò sit
Testatus, talem se rogat esse diu.

Insidias omnes Domino sibi vindice temnens,
Illius orat opem semper adesse sibi.

Postulat oppressus ne se Deus inter iniquos
Plectat: præsentem sperat & eius opem.

Ex opere, artificis sit quanta potentia, reges
Admonet, vt discant, rite Deúmque colant.

Subsidio Domini vitata pericula narrans,
Hunc monet exemplo nos celebrare suo.

Confugit ad Dominum, memorans quæ passus ab
Spéque Dei niti séque alióśque monet. (hoste:

Quos miserans Deus auxilio seruarit amico
Prædicat: ídque sibi quærere quemque iubet.

Hortatur celebrare Deum iustósque, piósque,
Commemorans quæ sit vísque, manúsque Dei.

Séque alióſque monet Dominum laudare: rependat
Præmia qui iuſtis, ſuppliciúmque malis.

Innocuum ſeſe monſtrans, hoſtéſque nocentes,
Vindicis implorat numen adeſſe Dei.

Eſſe Dei nullum miratur in hoſte timorē:
Qui fouet afflictos, indomitóſque premit.

Ne pius inuideat res nunc florere malorum:
Flos quibus ille breuis, pœna perennis erit.

Conſcia peccati ne quem mens frangat: & hoſte
Inſultante licet, ſperet adeſſe Deum.

Quæ dolor indixit, diuturna ſilentia rumpit:
Vanáque deſpiciens, ſe, ſua dátque Deo.

Auditas ouat eſſe preces: Dominū*que per hymnos*
Iuſtum, clementem, veridicúmque canit.

Inſultare nefas afflictis: quos Deus vltro
Eligit, exemplo comprobat ipſe ſuo.

Solatur memori feſtorum mente dierum
Exilium: patriæ reſtituíque vouet.

In tenebris poſitus, diuina luce precatur
Luſtrari, & patriæ ſpem capit inde ſibi.

Vſos ſæpe Dei monſtrans bonitate parentes
Antiquos, eâdem poſtulat ipſe frui.

Et Chriſti, & ſponſæ celebrat connubia cantu:
Omnes per populos nomen vt eius eat.

Quòd ſacra ſit Solyme Domini iuſtiſſima cura
Viribus externis illabefacta probat.

Vindicis ad laudes Domini populos vocat omnes,
Imperio cuius quicquid vbique ſubeſt.

Quàm ſit pulchra Sion, quàm conſpicienda, fouēte
Hanc Domino, multa ſedulus arte docet.

Quàm ſit vanus opū, ſit amor quàm vanus honorū,
Inque Deo quàm ſit vita beata, canit.

Pectoris affectum puri, laudéſque placere,
Non cæſas pecudes, vanáque ſacra, docet.

Non ſua defendens peccata, ſed illa profeſſus
Poſtulat ignoſci: ſacra vouétque Deo.

Et ſcelera, & pœnas turbæ deſcribit iniquæ:
At populi contrà præmia digna pij.

Eſſe negare Deum ſtultos miratur, acerbis
Quos pœnis toties arguit ipſe ſuis.

Tantam mente Dei ſpem concipit ore vocati,
Vt grates, voti ſic quaſi compos, agat.

In ſe iuratis ab amicis pulſus, eorum
Poſtulat inſidias frangat vt ipſe Deus.

Optat ab inſtanti Deus eruat ipſe periclo:
Vtque reus voti cantica vota canit.

Auxilium magno petit impendente periclo:
Spéque Dei fretus cantica læta canit.

Hoſtis perfidiam, pœnam Dominíque futuram,
Atque pii populi gaudia læta refert.

Quanta ſit hoſtilis violentia, quæ ſua contra
Simplicitas memorans, orat adeſſe Deum.

Hoſte potente canit lætum pæana ſubacto,
Præſentis Domini quem ſuperauit ope.

Parte periclorum Domino ſibi vindice victa
Partem, quæ ſupereſt, vincere poſſe rogat.

Séque, ſuámque Deo comittens ipſe ſalutem,
Nil opis humanæ viribus eſſe docet.

Exul, inops, errans Domini ſpe pendet ab vna:
Auſpice quo reditus ſpem ſibi mente fouet.

Obtrectatores contra mala multa precatus,
Optat ut exitio sit sua lingua malis.

Excitat ad laudes Domini, quàm prouida rebus
Cura sit humanis illius alma docens.

Expertus Domini præsenti ad omnia dextram:
Illius in laudes quemlibet ire monet.

Orat turba Dei, bonitas diuina per omnes
Nota sit ut gentes, nomen & inde suum.

Victor agit grates celebrans memoranda trophæa:
Omnes quòd gentes subdidit ipse sibi.

Segemit afflictum: Dominóque iuuante superbos
Hostes vi sperat vincere posse Dei.

Sperat opem sibi maturam, déque hoste triumphum,
Plausurúmque sibi quisquis amicus erit.

In Domino quam spem posuit iuuenilibus annis,
Orat ne non sit par, similísque seni.

Christi Regis opes, Christi iustißima regna
Carmine perpetuo quanta futura canit.

Cùm bene non dignis, successerit & malè dignis:
Non tamen hinc cæcum lumen habere Deum.

Sacrilegas queritur templum vastasse rapinas,
Vindicis & solitam numinis optat opem:

Quòd factus populi Deus vlciscatur iniqui,
Quódque pios seruet, gratia magna Dei est.

Seruantis populum Domini canit arma potentis,
Votáque victori persoluenda Deo,

Oppressum queritur nimia se mole malorum:
Spem tamen in Domino iactat habere suo.

Narrat abusque iugo seruili Memphidis atræ
In populum Domini facta benigna suum.

Euersæ Solymes memorans pia turba ruinas,
Optat in hostiles vertere tela manus.

Seruatus toties in magnis cladibus olim,
Poscit vt antiquus restituatur honos.

Hortatur Domino solenni tempore laudes
Dicere, quàm bonus is, quàm mala turba doces.

Iura magistratus populo non iusta ferente,
Ipse Deus partes iudicis orat agat.

Multiplicis belli momorans in templa paratus,
Hostibus eueniant quæ meruere vouet.

Felices, Domini quibus eſt fas dicere laudes,
In templo abſentem cuius habebat amor.

: P*lacatum* D*ominum culpis ouat eſſe remiſsis:*
Regnáque ſub Chriſto Rege beata canit.

Confugit ad D*ominum cunctis deſertus amicis:*
Quámque ſit hic clemens, hoſte premente, canit.

Omnibus exoptat votis pars eſſe piorum,
Cura D*ei memorans quanta ſit alma* Sion.

Hoſtibus oppreſſus finem rogat eſſe malorum:
Tardius auditas conqueritúrque preces.

Imperium D*omini, vires celebrátque potentis:*
Et pacti ſecum fœderis antè monet.

Quàm breuis, & quantos hominū fert vita labores,
Perpendens, Domini vindicis orat opem.

Securos Domino ſolos qui præſide fidunt,
A Dominóque ferant præmia quanta docet.

Palmæ inſtar florere pios, florere profanos
Herbæ inſtar rapidi tempore ſolſtitii.

Quā ſtabilis ſit, quámque potēs rex, denique verax
Sit D*eus, atque* D*ei quàm pia turba canit.*

Impia bella piis dum turba profana minatur,
Spes monet in solo certa quòd vna Deo.

Laudibus hortatur Dominum celebráre merentem:
Pectora maiorum nec male-fida sequi.

Hortatur celebrare Deum, qui temperat orbem:
Eius & in gentes præcinit imperium.

Gentis adorantis totum simulacra per orbem
Quanta futura sacro Rege ruina canit.

Non orbis modo cultores, elementa sed ipsa,
Excitat, vt Christo cantica læta canant.

Exemplo veterum Dominum laudare minores
Incitat, & templo debita vota dari.

Admonet vt dominum celebret pia turba potentẽ:
Clementem celebret nec minus illa Deum.

Clementem fore se populo, iustúmque, fideli,
Prædicat, at contrà sontibus esse trucem.

Templa querens Domini fœdis spoliata rapinis,
Optat vt illius restituantur ope.

Quàm Deus indulgens promptúsque ignosse fatẽti,
Eius & in laudes quemlibet ire docet.

Laudatur Dominus rerum seruator, & autor:
Prouida laudatur cura, poténsque Dei.

Laudatur Domini pia cura tirannide sæua
Dum vigil Aegipti liberat ipse patres.

Quàm lenis Dominus, culpísque ignoscere prõptus
Peccãtis toties culpa remissa probat.

Seruatus Domini vocat ad præconia gentes
Qui parcit placidis, indomitósque premit.

Subdiderit gentes sua quòd sub regna superbas,
Victori laudes concinit ipse Deo.

Impia turba pios quòd sæuis opprimat armis,
Deuouet hanc: Dominum consiliátque sibi.

Imperium nato, lætos & ab hoste triumphos
Promittit toto, quà patet, orbe Deus:

Clementem Dominum monet & laudare fidelem,
Primáque quòd virtus sit timuisse Deum.

Qui Domino timidi parent, docet esse beatos:
Siquis & inuidea talibus, esse leuem.

Laudandun docet esse Deum tam prouida, cuius
Cura sit in cœlo, cura sit inque solo.

Dum pius Aegypti populus migraret ab oris,
Subsiliit plausu machina tota nouo.

Muta quid intersint Domino simulacra potenti:
Contemptisque illis hunc meruisse coli.

Vota Deo soluit seruatus ab hoste: suóque
Exemplo Dominum monstrat adesse piis.

Admonet vt Dominũ laudet gens quæque benignũ:
Admonet & iustum laudet vt illa Deum.

Hostibus inuitis Rex Christus in orbe creatus
Plauditur à populis, excipitúrque piis.

Quòd sacra præcellat lex legibus omnibus vna:
Et quàm sit felix, cui placet illa, canit.

Sperat opem Domini conuicia perfida contra:
Et quòd pacis amans bella coacta gerat.

Spèrat opem Domini, vigil est cui cura suorum:
Aspera quos inter sæpe pericla iuuat.

Gratatur Solymæ, Dominus quam diligit, vrbi:
Optat & à Domino prospera cuncta dari.

Gens pia diuitibus paßim contempta superbis
Aßidua Domini voce precatur opem.

Quòd pia gens genti non ſit mala præda profanæ,
Vnius eſſe Dei, *qui tueatur, opus.*

C*onfugere ad* D*ominum monet hoſte premente fi-*
Hos pacẽ, exitium triſte manere malos. *(deles:*

Lætatur populus Babylonica vincula vitans:
E*t rogat vt cœptum perficiatur opus.*

Auſpiciis D*omini feliciter omnia cedunt:*
Sopitis peragit qui ſua quæque ſuis.

Felices quàm ſint D*omini pia iura verentes,*
Præmia quæque ſua pro pietate ferant.

D*amna quot iniuſto fert iuſtus ab hoſte recenſens,*
Optat pro meritis huic mala multa ſuis.

O*rat in anguſtis* D*ominum ſibi parcere rebus:*
Ne ſecum ſummo iure ſeuerus agat.

Se faſtus humilem iactat vitaſſe ſuperbos:
Affectúſque animi continuiſſe ſui.

Regna rogat D*ominum ſibi iam promiſſa, ſuíſque,*
Seruet vt in longam conſtabilita diem.

Quòd deceat fratres concordia ſancta fideles,
Vt quod Aharoniis ſtillat aroma comis.

Voce ſacerdotes Dominum laudare merentem
Admonet aſsidua, Leuigenáſque choros.

Quàm ſint vana deûm ſimulacra, potentia quanta
Sit Domini memorans, hunc celebrare monet.

In commune Deus bene toto quæ facit orbi,
Et quæ priuatim, monſtrat, eúmque canit.

Exitium, Babylon, tibi vaticinatur: iniquis
Cui gens affecta eſt ſancta tot opprobriis.

Expertus Domini bonitas ſit quanta frequenter,
Venturam illius ſperat & optat opem.

Cuius nulla poteſt lumen vitare latebra,
Innocuo teſtem poſtulat eſſe ſibi.

Retia, quæ tendunt contra ſe occulta doloſi,
Optat vt his, nec ſint exitioſa ſibi.

Integer & factis, & dictis integer eſſe
Poſtulat: in cœtus inuehitúrque malos.

Optat vt inſidias poſsit vitare paratas:
Vt ſibi laus, ſanctis ſitque canenda Dei.

Mitior vt Dominus ſibi, quàm ſit iuſtior orat:
Dum cæſum flagris eruit ille ſuis.

In genus humanum quàm sit Deus omne benignus
Narrat: in infidos auxiliúmque petit.

Clementem Dominum*, iustũ, celebrátque potentẽ,*
Artificis laudans maxima facta Dei.

Non opis humanæ, Domini *sed robore niti*
Quòd deceat tenues, per sua plectra docet.

Rectorem Dominum *cœli, terræque potentem,*
Præcipuè monet hunc concelebrare pios.

Quicquid habet cœlum, terrarum quicquid & orbis,
Hortatur laudes dicere cuncta Deo.

P*ræcinit à Christo seruandos esse fideles:*
Hostibus vt victis læta trophæa ferant.

Omnia quæ spirant monet, omnibus instrumentis
Laudibus vt celebrent tempus in omne Deum.

Laudatur Dominus, Dominíque *potentia, rubra*
Cui premit Aegyptum, parcit at vnda piis.

Oblitæ Domini *benefacta ingentia turbæ*
Exprobrans, memores illius esse monet.

E sterili fæcunda parens canit esse seuerum
Magniloquis, lenem supplicibúsque Deum.

Respiciens humiles Dominus, super astráque tollēs,
Alma tua canitur voce, Maria, Deus.
Mutus agit grates Domino, mox voce recepta,
Venturum puero de præeunte Deum.
Visa sibi ante obitum gratans cunabula Christi,
Æqua se dicit mente Propheta mori.
In genus humanum pacatus vindicis iras
Per sua gratantur iubila læta pij.
Ad Domini laudes viua, atque carentia vita
Hortantur pueri triplice voce pij.

Psalmus lxxiiij. à Io. Au. conuersus.


QVo Deus quo nos patieris vsque
Opprimi per vim quasi derelictos?
Quo tuus feruēs furor in tuum vsque
Gliscet ouile?
Sis memor gentis tibi iam vetusto
Iure possessæ: pia sit Sionis
Cura, sortito tibi qui sacer mons
Obtigit olim,
Grata quæ sedes tibi. tolle tolle
Vindicem dextram: fac ab hoste fuso
Impio, stragis cumules aceruos,
Qui tua templa
Diruens, æquata solo reliquit
Barbarus: sacris penetralibúsque
In tui templi sua signa figens
Victor ouauit.

Insolens ſyluas velut inter altas
Si quis adductam manibus bipennem
Libret ex alto, lacerétque duro
Robora ferro:
Sic furens hoſtis ferus arte valuas
Dædala ſculptas, operum laborem
Nobilem, ſæua minuens ſecuri
Miſit in ignes.
Quin tabernaclum pedibus proteruis
Proterens, Rex ſancte, tibi ſacratum
Polluit: ſecum tacitóque fundens
Murmure dixit:
Cum ſuis ſacris agedum miniſtros
Igne conſumamus eodem ibidem:
Dixit, & ſacras facibus profanis
Miſcuit arces.
Nulla dant finem manifeſta ſigna
Cladibus tantis: ſupereſt nec vllus
Mentis interpres ſuperûm, malorum
Terminus vnde
Certus exquiri per aperta viſa
Poſſit. heus quo iam Deus vſque nobis
Exprobrans hoſtis tua ſacra inultus
Numina temnet?
Cur tuam dextram reuocans recondis?
Quin eam profers potius, ſinúque
Vltor educis? genus & nocentum à
Stirpe reuellis?

Rex ab æterno meus eſt Deúſque
Summus: in terræ mediæ vmbilico
Qui ſuam nobis opifer ſalutem
Proferet olim.
Tu tua magna mare dißipaſti
Dextera fortis: capita atque criſtas
Tu rebellantum inter aquas draconum
Comminuiſti.
Colla tu vaſti ſpacioſa ceti
Fracta porrexti AEthiopũ propinqua
Solis ardenti face decolorum
Gentibus eſcas.
Largus erupit feriente te fons
Rupe de dura: tibi profluentum
Amnium lapſus rapidos coacti
Siſtere curſus.
Nox tibi, ſeruítque dies: diurnum
Tu iubar ſolis, minus ordinaſti
Lumen & lunæ, quod opaca noctis
Ora ſerenet.
Tu ſuos terræ poſitos notaſti
Terminos: tu æſtatẽ hiemémque certis
Legis æternæ vicibus reducis,
Atque recondis.
Nunc tibi in mentẽ veniat, quòd hoſtis
Non tuum verbo violare numen,
Non tuos ſanctos habuit nefas in-
ceſſere probris.

IO.

AD IO. M. TOSCANVM
Epigramma.



Vi canis Hebræi numerosũ carmẽ Horati,
Plectra venusinũ qui salimæa doces.
Cur iuuenile times opus admiscere virili?
An non Rex iuuenis Dauid & ipse fuit?
Nec patre degenerãs Solomon in amore propheta
Non patriis hymnis subdit amoris opus?
Forsan & his quõdam iuuenilibus ignibus ignis
Accensus, tibi quem fas sit habere viro.
Principium res quæque suum sortitur, vt inde
Ad summum veniat per media apta gradum.
Donec corpus eras sine pectore: corporis igne,
Nunc dum pectus habes, pectoris igne cales.

In Catullum, Tib, & Prop. à Io. Scaligero Iuuene nobili, nuper emendatos.

Græcia iactabat sibi tres in amore poëtas
Esse, velut Charitum dona beata trium.
Carmine te vario qui ludis Anacreon, & te
Docte Phileta, tuo non sine Callimacho.
Roma suos totidem iactet licet ipsa Poëtas
Dicta quibus Venus est carmine, dictus Amor.
Te Verona Teon numeris quo prouocat, & vos
Roma quibus Coos, vmbria Battiadas.
Sed sors quæ Graiis, eadem ventura Latinis,
Vt peritura situ carmina docta forent:


Nipius à ſenio popularis ſcripta Catulli
Aſſerat iniecta Scaliger ecce manu:
Aſſerat & vos culte Tibulle, & blande Properti
Vt ſocios labis, ſic ſimul auxilii.
Vt tres quum rapidi iunctos tulit impetus amnis
Vnum qui ſeruat, ſeruat & ille duos.
Mantua væ miſeræ gemuit vicina Cremonæ:
Veronæ gaudent proximitate duæ.
Ergo docta ſuo quantum Verona Catullo,
Scalligero tantum debet & illa ſuo.

In Iacobi Carpentarii Regiæ Philoſophiæ Propheſſoris Obitum.

O Facinus capitale quod Atropos impia nuper
Fecit, Gymnaſii dum caput abripuit.
Ars tua nam reliquas caput inter cùm foret artes,
Inque tua ſummum tu caput arte fores:
Dulce ſuum te noſtra caput ſchola iure putabat
Carpentari, omnis qui caput artis eras.
Ergò multa vno cum membra amiſerit anno,
Trunca quibus viuum penè cadauer erat.
Salua tamen ſaluo nuper te vtcunque manebat:
At nunc amiſſo quid faciet capite?

In Georgij l'Apoſtre ſeptenarium.

Inter qui numeros eſt Septenarius impar,
Non modo vera Dei quæ ſit Deſignat imago:
Impar nam numerus nulla ratione ſecari
Cùm poßit, ſecto partes videantur vt æquæ,
Immortale Dei numen per ſigna figurat.
Quatuor at reliquum quod bis muneratur in vno
[illegible] ſto, immotalem docuit ſub morte futurum.



CHOREA NYMPHARVM.



Ale fuit, cecinit quod Siren Gallica, carmen:
Altera nā Sirē Gallica Nympha fuit.
Carmine finito nunc incipit ecce Choreas
Nympharum ad certos grex agitare modos.
Et sua testatur numeroso gaudia gestu,
Henrico læto quæ modo Rege,capit.
Nunc veluti totidem Reginas ire putares,
Quot Nymphas:lenta sic grauitate decent.
Nunc veluti totidem Delphinas in æquore nantes
Ludere:tam facili mobilitate micant.
Mille breues cursus iterant & mile recursus:
Mille fugas miscent,mille pedúmque moras.
Nunc hærent vt apes manibus per mutua nexis,
Nunc in acumen eunt vt sine voce grues.
Nunc aliis aliæ transuersis nexibus hærent
Implicitis sepes qualis ab arte rubis.
Nunc hāc,nunc illam, variant per plana figuram
Descripsit plures nulla tabella notas.
Non Euclideas quæ pingit puluere metas,
Quáue fugax celeri calculus hoste perit.

Non Labyrinthæi tot erāt curuamina tecti:
Non Mæandreæ sic sinuantur aquæ.
Esse putes ludum, quos Phryx gaudebat Iulus,
Dum simulat fictis prælia vera modis.
Sic nunc in frontem, nunc in latus agmina ducunt,
Sic nunc incurrunt, nunc fugiúntque leues,
Sed iam composita veluti post prælia turma
Incedunt, Regum præter & ore meant.
Dúmque meant sua quæque ferunt Regalia dona
Aurea, quæ spectans scutula parua putes.
Et sua cuique super scuto cælata figura
Nescio quod lætum Regibus omen habet.

CATHALOGVS NYMPHArum & Dona Prouinciarum.

Nympha Prouinciæ.

I.

Prima sed ecce venit, cui Nympha Prouincia nomē,
Inque manu regio quam creat, arbor inest.
Arbor *inest duplex, myrtúsque & punica malus:*
Al*tior inter & has citria virga viret.*
In*ter se geminæ nexus permutua frondis*
Concordem Regum signat amicitiam.
Tertia quæ geminis supereminet, innuit illos
Quòd sua victores ducet ad astra fides.

NYMAHA ALLOBROGIS.

II.

Ecce subit, placidam dextra quæ gestat, oliuam
Allobrogis terræ splendor oliuiferæ.
Hæc, Henrice, tibi, per quem sunt otia Gallis
Præter spem populis reddita, dona facit.
Conuenit auctori pacis pacalis oliua,
Munera quæ fecit, muneris auctor habet.

NYMPHA CANTABRIS.

III.

Cantabris hanc sequitur Balenæ succina portans
Monstra, mari regio proxima monstrifero.
Suauis odor gemmæ suaues quod fundet odores,
Henrico pontus prætereunte docet.

NYMPHA AQVITAINICA.

IIII.

Huic ab Aquitanis comes it pulcherrima terris,
Armatas acies per sua dona ferens.
Scilicet hoc quia sint duce Rege futura per orbem
Cuncta secuturis peruia militibus.

NYMPHA ARMORICA.

V.

Armoris inde venit, quæ conuenientia Marti
Armigero armigerum munera portat equum.
Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum:
Donat equo Martem Martia terra nouum.

NYMPHA PICTONIS.

VI.

Hinc examen apum fert Pictonis ecce, vetusto
Alueo vt emigrans alueum adusque nouum.
Nempe nouas hoc gens quæret duce bellica terras:
Et dignas sedes huic sua fata dabunt.

NYMPHA TVRONIS.

VII.

HancTuronis sequitur Morum pro munere gesta
Vermiculis Morum pabula lanificis.
Serica fert viridis sicut subtegmina Morus.
Sic ætas viridis sceptra decúsque DVCI.

NYMPHA LIGERIS.

VIII.

Diues Amaltheæ non cornu Nympha capellæ,
Nympha gerit Ligeris, ſed nucis omne genus.
Viſtulæ & hoc donum Ligeris dat amicus amico:
Dux cuius gratam Rex bibiturus aquam eſt.

NYMPHA NEVSTRIA.

IX:

Quæ ſequitur validis fert vela tumentia ventis,
Et faciles optat Nympha per alta vias.
Neptunúmque rogat terris vt grande Polonis
Depoſitum reddat cum Duce tot comites.

NYMPHA BELGICA.

X.

Belgica fert denſas, aptum ſibi munus, ariſtas,
Quáque tenet ſpicas fert & aratra manu.
Hæc per ſigna monens, quò fructus vſque laborem
Excipiant, fructus vt labor excipiat.

NYMPHA SEQVANIS.

XI.

Turrita comes his it Sequanis ecce corona,
Nympha tot egregiis vrbibus vna parens.
Fraternas dicens seruasti sæpius vrbes:
Nunc vrbes serua Marte Poloniacas.

NYMPHA CAMPANIAE.

XII.

Proxima subsequitur latis Campania campis:
Inque manu vigilem fert sua dona canem.
Signum quod commissa vigil tutabitur arua
Hostiles contra quaslibet insidias.

NYMPHA SENONIS.

XIII.

Vuifer immanis Tigris est quòd vincula palmes
Quem donum præfert Senonis ipsa manu,
Admonet vt sua sint virtuti præmia digna:
Dignáque sit vitiis pœna parata suis.

NYMPHA METICA.

XIIII.

Vistula cum charo sociatur amica Mosella:
Nympha nouũ munus quod sibi Metis habet.
Cui super incumbens solido riget ære corona:
Sic simul inuictos monstret vt esse duos.

NYMPHA LVGDVNIS.

XV.

Lugdunis Rhodanum fert Nympha comísque ferocem
Et barba: innitens pulchra supérque Araris,
Indicat à leni non lenia corda domari,
Et plus posse feris viribus obsequium.

NYMPHA DELPHINAS.

XVI.

Nomine quo dicam quæ argenti aurique fodinas
Fert manu, & Allobrogũ est proxima limitib⁹?
An quia sedula mens mala mentis operta recludit,
Et suus obscuris redditur arte nitor?

SCENÆ DESCRIPTIO.

NVnc quoque sit mihi fas scenæ describere vultum,
Quo Mons, & viridis, quo fuit Aula situ.
Aula virens trabibus solis spectabat ad ortum,
Vnde gerens Nymphas mons subiturus erat.
Hunc ceu Silenus, Satyro comitante quaterno,
Manerius, quò vult, Dædalus alter agit.
Illius ad nutus gradiens argenteus aulam
Mons lustrat, Nymphas monstrat iénsque suas.
Donec ad extremæ tabulatum constitit aulæ:
Regis ad occasum qua torus altus erat.
Regis Gallorum & Fratris, Regísque Poloni,
Reginæ sedes quáque vtriusque fuit.
Reginæ qua non fœcundior altera Regum,
Reginæ qua non pulchrior vlla nurus.
Regia quæ veluti Iuno Iouis ad latus hærens
Fulgebat roseis Elizabetha genis.
Proxima Principibus Gallis, mixtísque Polonis
Cesserunt: circùm nobile vulgus erat.
Mons stetit hîc, caneret dum Gallica Nympha: relictis
Sedibus hinc Nymphæ prosiliere suis.
Quas descendentes cochleæ versatilis orbe
Area dispositas sex capit atque decem.
Quatuor in medio: tres angulus ipse quaternus
Accipit: alternas sic variántque vices.

Et chorus est bicolor roseo croceóque remixtus,
Párque color nunquam iungitur ipse pari.
Altera forma triplex fuit angulus ille choreæ:
Mutato species quo manet vna loco.
Tertius orbiculus media cruce vertitur vsque:
Et manet alternans, quo fuit antè, situ.
Est vbi sex nymphas duplex habet orbis vtrinque,
Quos in rectum ambos nympha quaterna ligat.
Sed quis tam varias saltandi expresserit artes,
Quas Belloioius *mille Choragus habet?*
Quod solum potuit, pictis Baptista tabellis
Expreßit primam, cætera carmen habet.

Respiciens humiles Dominus, super astráque tollēs,
Alma tua canitur voce, Maria, Deus.
Mutus agit grates Domino, mox voce recepta,
Venturum puero de præeunte Deum.
Visa sibi ante obitum gratans cunabula Christi,
Æqua se dicit mente Propheta mori.
In genus humanum pacatus vindicis iras
Per sua gratantur iubila læta pij.
Ad Domini laudes viua, atque carentia vita
Hortantur pueri triplice voce pij.

Psalmus lxxiiij. à Io. Au. conuersus.

QVo Deus quo nos patieris vsque
Opprimi per vim quasi derelictos?
Quo tuus feruēs furor in tuum vsque
Gliscet ouile?
Sis memor gentis tibi iam vetusto
Iure possessæ: pia sit Sionis
Cura, sortito tibi qui sacer mons
Obtigit olim,
Grata quæ sedes tibi. tolle tolle
Vindicem dextram: fac ab hoste fuso
Impio, stragis cumules aceruos,
Qui tua templa
Diruens, æquata solo reliquit
Barbarus: sacris penetralibúsque
In tui templi sua signa figens
Victor ouauit.

Insolens ſyluas velut inter altas
Si quis adductam manibus bipennem
Libret ex alto, laceréique duro
Robora ferro:
Sic furens hoſtis ferus arte valuas
Dædala ſculptas, operum laborem
Nobilem, ſæua minuens ſecuri
Miſit in ignes.
Quin tabernaclum pedibus proteruis
Proterens, Rex ſancte, tibi ſacratum
Polluit: ſecum tacitóque fundens
Murmure dixit:
Cum ſuis ſacris agedum miniſtros
Igne conſumamus eodem ibidem:
Dixit, & ſacras facibus profanis
Miſcuit arces.
Nulla dant finem manifeſta ſigna
Cladibus tantis: ſupereſt nec vllus
Mentis interpres ſuperûm, malorum
Terminus vnde
Certus exquiri per aperta viſa
Poßit. heus quo iam Deus vſque nobis
Exprobrans hoſtis tua ſacra inultus
Numina temnet?
Cur tuam dextram reuocans recondis?
Quin eam profers potius, ſinúque
Vltor educis? genus & nocentum à
Stirpe reuellis?

AD IO. M. TOSCANVM
Epigramma.



Vi canis Hebræi numerosũ carmẽ Horati,
Plectra venusinũ qui salimæa doces.
C ir iuuenile times opus admiscere virili?
An non Rex iuuenis Dauid & ipse fuit?
Nec patre degenerãs Solomon in amore propheta
Non patriis hymnis subdit amoris opus?
Forsan & his quõdam iuuenilibus ignibus ignis
Accensus, tibi quem fas sit habere viro.
Principium res quæque suum sortitur, vt inde
Ad summum veniat per media apta gradum.
Donec corpus eras sine pectore: corporis igne,
Nunc dum pectus habes, pectoris igne cales.

In Catullum, Tib, & Prop. à Io. Scaligero
Iuuene nobili, nuper emendatos.

Græcia iactabat sibi tres in amore poëtas
Esse, velut Charitum dona beata trium.
Carmine te vario qui ludis Anacreon, & te
Docte Phileta, tuo non sine Callimacho.
Roma suos totidem iactet licet ipsa Poëtas
Dicta quibus Venus est carmine, dictus Amor.
Te Verona Teon numeris quo prouocat, & vos
Roma quibus Coos, vmbria Battiadas.
Sed sors quæ Graiis, eadem ventura Latinis,
Vt peritura situ carmina docta forent:


Nipius à senio popularis scripta Catulli
Asserat iniecta Scaliger ecce manu:
Asserat & vos culte Tibulle, & blande Properti
Vt socios labis, sic simul auxilii.
Vt tres quum rapidi iunctos tulit impetus amnis
Vnum qui seruat, seruat & ille duos.
Mantua væ miseræ gemuit vicina Cremonæ:
Veronæ gaudent proximitate duæ.
Ergo docta suo quantum Verona Catullo,
Scalligero tantum debet & illa suo.

In Iacobi Carpentarii Regiæ Philosophiæ Prophessoris Obitum.

O Facinus capitale quod Atropos impia nuper
Fecit, Gymnasii dum caput abripuit.
Ars tua nam reliquas caput inter cùm foret artes,
Inque tua summum tu caput arte fores:
Dulce suum te nostra caput schola iure putabat
Carpentari, omnis qui caput artis eras.
Ergò multa vno cum membra amiserit anno,
Trunca quibus viuum penè cadauer erat.
Salua tamen saluo nuper te vtcunque manebat:
At nunc amisso quid faciet capite?

In Georgij l'Apostre septenarium.

Inter qui numeros est Septenarius impar,
Non modo vera Dei quæ sit Designat imago:
Impar nam numerus nulla ratione secari
Cùm possit, secto partes videantur vt æquæ,
Immortale Dei numen per signa figurat.
Quatuor at reliquum quod bis muneratur in vno
Christo, immotalem docuit sub morte futurum.



CHOREA NYMPHARVM.



Ale fuit, cecinit quod Siren Gallica, carmen:
Altera nā Sirē Gallica Nympha fuit.
Carmine finito nunc incipit ecce Choreas
Nympharum ad certos grex agitare modos.
Et sua testatur numeroso gaudia gestu,
Henrico læto quæ modo Rege, capit.
Nunc veluti totidem Reginas ire putares,
Quot Nymphas: lenta sic grauitate decent.
Nunc veluti totidem Delphinas in æquore nantes
Ludere: tam facili mobilitate micant.
Mille breues cursus iterant & mile recursus:
Mille fugas miscent, mille pedúmque moras.
Nunc hærent vt apes manibus per mutua nexis,
Nunc in acumen eunt vt sine voce grues.
Nunc aliis aliæ transuersis nexibus hærent
Implicitis sepes qualis ab arte rubis.
Nunc hāc, nunc illam, variant per plana figuram.
Describsit plures nulla tabella notas.
Non Euclideas quæ pingit puluere metas,
Quáue fugax celeri calculus hoste perit.

Non Labyrinthæi tot erāt curuamina tecti:
Non Mæandreæ sic sinuantur aquæ.
Esse putes ludum, quos Phryx gaudebat Iulus,
Dum simulat fictis prælia vera modis.
Sic nunc in frontem, nunc in latus agmina ducunt,
Sic nunc in currunt, nunc fugiúntque leues,
Sed iam composita veluti post prælia turma
Incedunt, Regum præter & ore meant.
Dúmque meant sua quæque ferunt Regalia dona
Aurea, quæ spectans scutula parua putes.
Et sua cuique super scuto cælata figura
Nescio quod lætum Regibus omen habet.

CATHALOGVS NYMPHA-rum & Dona Prouinciarum.

Nympha Prouinciæ.

I.

Prima sed ecce venit, cui Nympha Prouincia nomē,
Inque manu regio quam creat, arbor inest.
Arbor inest duplex, myrtúsque & punica malus:
Altior inter & has citria virga viret.
Inter se geminæ nexus permutua frondis
Concordem Regum signat amicitiam.
Tertia quæ geminis supereminet, innuit illos
Quod sua victores ducet ad astra fides.

NYMAHA ALLOBROGIS.

II.

Ecce ſubit, placidam dextra quæ geſtat, oliuam
Allobrogis terræ ſplendor oliuiferæ.
Hæc, Henrice, tibi, per quem ſunt otia Gallis
Præter ſpem populis reddita, dona facit.
Conuenit auctori pacis pacalis oliua,
Munera quæ fecit, muneris auctor habet.

NYMPHA CANTABRIS.

III.

Cantabris hanc ſequitur Balenæ ſuccina portans
Monſtra, mari regio proxima monſtrifero.
Suauis odor gemmæ ſuaues quòd fundet odores,
Henrico pontus prætereunte docet.

NYMPHA AQVITAINICA.

IIII.

Huic ab Aquitanis comes it pulcherrima terris,
Armatas acies per ſua dona ferens.
Scilicet hoc quia ſint duce Rege futura per orbem
Cuncta ſecuturis peruia militibus.

NYMPHA ARMORICA.

V.

Armoris inde venit, quæ conuenientia Marti
Armigero armigerum munera portat equum.
Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum:
Donat equo Martem Martia terra nouum.

NYMPHA PICTONIS.

VI.

Hinc examen apum fert Pictonis ecce, vetusto
Alueo vt emigrans alueum adusque nouum.
Nempe nouas hoc gens quæret duce bellica terras:
Et dignas sedes huic sua fata dabunt.

NYMPHA TVRONIS.

VII.

Hanc Turonis sequitur Morum pro munere gestans
Vermiculis Morum pabula lanificis.
Serica fert viridis sicut subtegmina Morus.
Sic ætas viridis sceptra decúsque Duci.

NYMPHA LIGERIS.

VIII.

Diues Amalthea non cornu Nympha capellæ,
Nympha gerit Ligeris, ſed nucis omne genus.
Viſtulæ & hoc donum Ligeris dat amicus amico:
Dux cuius gratam Rex bibiturus aquam eſt.

NYMPHA NEVSTRIA.

IX:

Quæ ſequitur validis fert vela tumentia ventis,
Et faciles optat Nympha per alta vias.
Neptunúmque rogat terris vt grande Polonis
Depoſitum reddat cum Duce tot comites.

NYMPHA BELGICA.

X.

Belgica fert denſas, aptum ſibi munus, ariſtas,
Quáque tenet ſpicas fert & aratra manu.
Hæc per ſigna monens, quò fructus vſque laborem
Excipiant, fructus vt labor excipiat.

NYMPHA SEQVANIS.

XI.

Turrita comes his it Sequanis ecce corona,
Nympha tot egregiis vrbibus vna parens.
Fraternas dicens seruasti sæpius vrbes:
Nunc vrbes serua Marte Poloniacas.

NYMPHA CAMPANIAE.

XII.

Proxima subsequitur latis Campania campis:
Inque manu vigilem fert sua dona canem.
Signum quod commissa vigil tutabitur arua
Hostiles contra quaslibet insidias.

NYMPHA SENONIS.

XIII.

Vuifer immanis Tigris est quòd vincula palmes
Quem donum præfert Senonis ipsa manu,
Admonet vt sua sint virtuti præmia digna:
Dignáque sit vitiis pœna parata suis.

NYMPHA METICA.

XIIII.

Vistula cum charo sociatur amica Mosella:
Nympha nouũ munus quod sibi Metis habet.
Cui super incumbens solido riget ære corona:
Sic simul inuictos monstret vt esse duos.

NYMPHA LVGDVNIS.

XV.

Lugdunis Rhodanum fert Nympha comísque ferocem
Et barba: innitens pulchra supérque Araris,
Indicat à leni non lenia corda domari,
Et plus posse feris viribus obsequium.

NYMPHA DELPHINAS.

XVI.

Nomine quo dicam quæ argenti aurique fodinas
Fert manu, & Allobrogũ est proxima limitib⁹?
An quia sedula mens mala mentis operta recludit,
Et suus obscuris redditur arte nitor?

SCENÆ DESCRIPTIO.

NVnc quoque ſit mihi fas ſcenæ deſcribere vultum,
Quo Mons, & viridis, quo fuit Aula ſitu.
Aula virens trabibus ſolis ſpectabat ad ortum,
Vnde gerens Nymphas mons ſubiturus erat.
Hunc ceu Silenus, Satyro comitante quaterno,
Manerius, quò vult, Dædalus alter agit.
Illius ad nutus gradiens argenteus aulam
Mons luſtrat, Nymphas monſtrat iénſque ſuas.
Donec ad extremæ tabulatum conſtitit aulæ:
Regis ad occaſum qua torus altus erat.
Regis Gallorum & Fratris, Regíſque Poloni,
Reginæ ſedes quáque vtriuſque fuit.
Reginæ qua non fœcundior altera Regum,
Reginæ qua non pulchrior vlla nurus.
Regia quæ veluti Iuno Iouis ad latus hærens
Fulgebat roſeis Elizabetha genis.
Proxima Principibus Gallis, mixtíſque Polonis
Ceſſerunt: circùm nobile vulgus erat.
Mons ſtetit hîc, caneret dum Gallica Nympha: relictis
Sedibus hinc Nymphæ proſiliere ſuis.
Quas deſcendentes cochleæ verſatilis orbe
Area diſpoſitas ſex capit atque decem.
Quatuor in medio: tres angulus ipſe quaternus
Accipit: alternas ſic variántque vices.

Et chorus eſt bicolor roſeo croceóque remixtus,
Párque color nunquam iungitur ipſe pari.
Altera forma triplex fuit angulus ille choreæ:
Mutato ſpecies quo manet vna loco.
Tertius orbiculus media cruce vertitur vſque:
Et manet alternans, quo fuit antè, ſitu.
Eſt vbi ſex nymphas duplex habet orbis vtrinque,
Quos in rectum ambos nympha quaterna ligat.
Sed quis tam varias ſaltandi expreſſerit artes,
Quas Belloioïus *mille Choragus habet?*
Quod ſolum potuit, pictis Baptiſta tabellis
Expreßit primam, cætera carmen habet.



IO. AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij Anagrammatum

LIB. I.

XISTVS QVINTVS DE MONTE ALTO.
MONS TVTVS IN QVO STAT LEX DEI.



Idit Sinaij Moses in vertice Montis
Ardorem, tabulas legis & inde tulit.
Vidit in ardenti non ardens monte rubetum,
Iussus & est pedibus demere vincla suis.
Mons domini, Mons pinguis, Hebræis carmine Dauid
Rex cecinit tria, quæ nomina Montis habent.
Tu quoque Mons altus diuino non sine nutu
Dictus es, in quo stat lex sacra tuta Dei.

HENRICVS VALESIVS.

NÆ VISVS HERCVLIS.

HErculis hinc illinc, Henrici qui videt ora,
Et quæ maiestas spiret vtrinque notat.
Vt Iouis expressa est vis patris, in Hircule dicet.
Sic & in Henrico vis viget Herculea.

ENRICVS STANLIEIVS.

Scinceritas insulæ.

IN *Iula ab occiduo præcincta Britannia porto*
Et decus & pelagi gloria prima sui est.
Quem penes est vt primus honos in rebus agendis
Sic vis consiliis gloriáque eloquii.
Proxima ob id que sua Reginæ est Elizabethæ
Ceruix & lateri proxima fixa fides.
Nam tua quem syncera fides tota insula testis,
Testis erit nomen quod Deus ipse dedit.

HENRICVS SECVNDVS REX GALLIARVM DEI GRAITA.

IT DVX ILLE CHARVS DEI GREGEM CVRANS A RVINA.

HEN RICVS TERTIVS DEI GRATIA REX FRANCORVM ET Polonorum.

Ludouicus Saliniacus.
In lucidas oculus vias.

QVod Sarlatẽsis cura te penes gregis
Est à Deo tibi traditi,
Cognomen ipsum nomen & fecit fidẽ
In lucidas oculus vias.

IN M. BASSANERII EPHEmeridas Annagrammatismus.

Martinus Basanerius.
Musæ nubar in astris.

LAxa vagi nuper procurrerat orbita solis,
Tẽp oribus ratio nec sua certa fuit.
Gregorii auspiciis sed nunc correctior annus,
Omnes corrupit rursus Ephemeridas.
Donec & Astrologi, quibus vtitur ille ministris,
Emendent tabulas per loca quæque suas.
Nec tunc Gregorius solum correxerit annum
Corrector sed erit rursus Ephemeridum.
Et iam primus apud Gallos Basanerius ecce
Primus correctas edit Ephemeridas.
Vix dum maturos perfectus in arte per annos
Astronoma, versum nomen vt inde ferens.
Ominis hoc habeat sibi, Musæ nubar in astris,
Sponsus vt astrorum principis Vraniæ.

Annrgrammatiſmus
Claudius Binetus.
Venis tuba dulcis.

SIue foro cauſas lingua, Binete, ſonora
Seu des conſilium mente ſagace tuum.
Quale fidele probat tuus vſque meúsque patronus
Doctorum fautor Gondius ille virum,
Siue ſilente foro reſonantia carmina cantes,
Dicta Venis Dulcis, nomine teſte, Tuba,

Anagrammatismus.
Petrus Paenaeus.
Tu es ſuper Paeana.

TV ſuper es Pæana Acheronte reduxit ab imo
Qui priùs Hippolytum vi medicantis opis.
At tu non reuocas ſtygis ſi funus ab vndis
At ſtyga quod plus eſt arte ſubire vetas.
Teſtis erit per te quod nuper Iofia ſoſpes
Si non viua foret diua fuiſſet Io.

Anagrammatiſmus.
Edoardus Mollæeus
De ore viuo mella ſudas.

Certum eſt quod iudex nullo corrumperis auro
Mollæe & fantis mel quod ab ore fluit.

Inque

Inque foro quoties tutaris iura reorum
Curia tota tuo pendet ab eloquio.
Si tamen argento, si non corrumperis auro
Versibus Aurati fac moueare tui.
Qui tibi discipuli commendat iura clientis:
Supplicibus desit ne pia Musa suis.
Ergo age quod faceres iis ipse petentibus vltrò,
Promptus ab Aurato vate rogatus age.

Anagrammatiſmus.
Enemundus Reuolus
O ſol venere Mundus.

VNus deus ſol omnium puriſſimus
Amat inter omnes omnium puriſsimos,
Quales in annis ſunt adhuc puerilibus,
A puritate nomen & pueri trahunt.
Emondus hoc Reuolus probat ſat & ſuper:
Inuerſa cuius nomina hanc ſententiam,
O ſol Venere mundus per artem factitant.

Anagrammatiſmus.
Nicolaus Nicolaïus.
Laus vnica coloniis.

Quicunque Nicolae te Lutetiæ
Qui Nicolaios auos
Nouere, teſtantur domum iſtam nobilem
Bono eſſe natam publico.

Seu res agatur militaris consili
Forense seu negotium
In quo supremũ Præses obtinens locum
Rationibus Regis praees
Cum tanta integritate tanta cum fide
Vt regii ærari draco
Possis vocari poma qui vigil aurea
Serues vetésque surripi.
Vel vi vel vllis fraudibus quæstoris
Regíque ob id charissimus
Pelles in Aula & inter vrbanos simul
Raro quod vlli contigit,
Vt sit Boni studiosus idem Regii,
Studiosus idem publici.
Nam Regio dum consulis tu commodo
Populi simul studes bono.
Cui rex egens si forte præsit ipsa plebs
Damni sit illi particeps.
Non Nicolaus ergo Nicolaius
Vano vocaris omine.
Nam teste fama publica tu Gallicis
Coloniis laus vnica.

Annagrammatismus.
Benedictus Manzolus
Zelo Musæ Deuinctus.

Ad Reuerendiſſ. D. Benedictum Manzolum Rhegienſem Epiſcopum.

TAnta tuæ cùm fama vagetur Epiſcope Rhegi
In Muſas græcas artis & in latias.
Vt veteres omnes conſumpſeris vnus vtraque
Authores lingua nec periiſſe ſinas,
Reſtituens corrupta loca & luxata reponens
Integra, & hæc reddens quæ mutilata priùs.
In quemcunque tua tractaueris arte libellum
Qui lacer, aut carie pene pereſus erat.
Is nouus Hippolytus nouus is ſit Virbius alter
Aſclepi tua ſit ſed Benedicte manus.
Talis cùm percrebuerit celeberrima fama
Mauzoli externos vndique per populos.
Non mea ſe potuit quamuis pudibunda tenere
Muſa ſalutaret quin venerata tuam.
Ergo te veneror te nunc Mauzole ſaluto
Et primo agnoſco te decus Italiæ.

Anagrammatiſmus
Gregorius Decimus tertius
Securi Dei gregis tutor ſum.

Donec Gregorius decimus tibi tertius ad ſto
Non eſt cur timeas paruulum ouile lupos:
Nam ſi diuino data numine nomina vertas
Securi tutor ſum gregis ipſe dei.

Anagrammatiſmus.

Κάρολος οὐαλήσιος.
Λαῶι σὺ ὁ ἥλιος ἄκρος

Κάρωλος κλήδην, οὐ ἀλήσιος τὴν ἐπικλήδην
Τοῖς ἀναγραμματικοῖς, Λαῶι σὺ ὁ ἥος ἄκρος.

Carolus Valeſius.
Sol cui vera ſalus.

Carolus, vt toto ſol ipſe Valeſius orbe,
Sol cui vera ſalus nomina verſus erat.

Ioannes Vrteuinus.
Vas tu non ſine iure.

Siſtere tu lites doctus, te ſponte ſequuntur
Lites, quas ſiſtas iudicis ore tui.
Seu vis conſuetum, ſeu quod ius legis agatur,
Vas tu Ciuilis non ſine iure fori.

Anagramme.
Iehan Heurteuin.
Ia en heur vint.

Tout homme à qui de Dieu ſouuient
Quant quelque malheur il rencontre,

Bien que le mal luy feuſt tout contre
Implorant Dieu ia en heur vint.

Anagramme.
Pantaleon Theuenin.
En vn Platon ie hante.

Salluſte auoit planté vne tres belle plante
Chantant de l'vniuers la grand'creation
Vn bon enteur preſant par docte inuention
Fait tout que peuſt en vn Platon ie hante.

Anagrammatiſmus.
Carolus Valeſius.
Sol cui vera ſalus.

Quod ſol eſt mundo, tuus, eſt ô Carole, regno
Splendor, & inde tuum nobile nomen habes.
Quod dum more ſuo vertit mons augur Apollo,
Oraclum de te tale repente dedit.
Sol cui vera ſalus regni populíſque ruentis
Sol cui vera ſalus relligionis ineſt.
Impiger igniferas agita per opaca quadrigas,
Dum nox à terris pulſa ſit atra tuis

Ad eundem

Aliud.

Sol cui vera ſalus, tua ſit tibi Gallia ſalua,
Quam tu ſeruaſti iam ter ab interitu.

Aliud.
ver cui ſola ſalus.

VEr cui ſola ſalus, per te tua Gallia vernet
Effice, brumali quæ malè preſſa gelu eſt.
Tu ver dulce tuis, tu verna gratior aura:
Carole, tu verni ſolis amica dies.
Abſentis populus tua Gallicus ora requirit,
Vt vernum tellus frigore feſſa iubar.
Ergo Germana rediens ſol vernus ab arcto,
Fac vernet reditu Gallia ſalua tuo.

Henricus Valeſius,
Laureus huic enſis.

HEnrici, nomen, cognomen veriſ eValeſi,
Laureus huic enſis nomina verſa dabunt.
Nomina venturi præſagia certa triumphi,
Quem tibi quem fratri nomina bina parent.
Enſis enim Martis geſtamen, Laurea Phœbi:
Adſpiras faſtis nomen vtrumque tuis.

Franciſcus Valeſius,
Viſus vlſciſcar nefas.

DVm bella fratres hinc & hinc gerunt procul,
Præfectus vrbis sum negotiis puer:
Sed si per amore castra maturos sequi
Seu licebit & videri ab hostibus,
Illos pauore frontis exterens meæ,
Perseus vt alter, visus vlsciscar nefas.

Margareta Valesia
Laurea Regis amata.

L*Aurus amica sacris, & laurus amica triumphis,*
Laurus virginibus castis & amica Poetis.
Tu sacri soboles Regis, tua planta triumpho
(Qui fratri instat) habet gratas ad tempora frondes,
Et fraterna canunt qui versibus arma poetis:
Tu quoque Regis amor, tu Regis maxima cura:
Non igitur sine mente deum, sine & auspice Phœbo
Oraclum inuenias hoc, Laurea Regis amata.

Catharina Medicea.
In hac ara dicare me.

S*I castitate sum Diana sanctior:*
Grauitate Iuno regia cedit mihi,
Si Pallade sapientior & audacior
Sum mulier eses inter haud muliebriter
Versata, regnum filio asserens meo
Vel pace bella sopiens ciuilia:

Si nullameritis denique in Gallos meis
Maior dearum, digna magis coli
Tẽplis & aris & ſacris honoribus
Vos hac in me dicate publicè.

Carolus Lotarenus
ô ſol clarus Naturæ.

O Clarus ſol naturæ qui lumine luſtras
Cuncta tuo, noctẽ Gallis tenebráſque fugare,
Perge ſub hoc tempus, quo nocte teguntur opaca
Omnia, ni prohibes tu ſol nam dicere ſolem
Quis vetet hunc, ſolem qui Lucifer exorientem
Anteit? occiduo ſoli comes Heſperus olim
Occidit Henricus: nunc Carolus exoritur ſol
Quem tua ſtella præit, ſol alter, Carolus alter.

Henricus Guiſius.
Regius Huic Sinus.

HOc nunc Guiſius eſt paruo tibi Carole, paruus
Quod pater Henrico Guiſius antè fuit.
Quod fuit Aeneæ iam paruo paruus Athates,
Cuius erat lateri fidus vbique comes.
Quod fuit Atridæ maiori magnus Vlyſſes:
Et quod Titidæ dux Itha cenſis erat.

Et merito qui ſit tali genitore creatus
Qui de te meritus tam bene, déque patre eſt.
Regius huic ſinus eſt, vt nominis innuit omen:
Huic rex, huic regis credita tota domus.

Ἀναγραμματικός.

Σταυρὸς σὺ ἀρτός.

Εἰς μῆκος τόσον ὅσσον ἐς εὖρος σταῦρε μετρηθεὶς
Διχταδίην σφαίρης τὴν διὰ μέζον ἔχων.
Σχήματι τοιούτῳ μετρήσας κόσμον ἅπαντα
Κοσμοκράτην δηλῶν Χριστὸν ἄνακτα μόνον
Ὅς σοι πασσαλόφιν τῶν δυσσεβέων διὰ χειρῶν
Ἐμπήχθη θνητοὺς ῥυσάμενος θανάτου.
Σῆμα σὺ Χριστιανοῖσιν ἀληθέσσιν ἐσσὶ ἀληθὲς
Εὐσεβέων ἔλασον τὴν κακοδαιμονίην.
Μὴ τῶν ὑῶν ἄρτον ἔδωσι κύνες πανάναγνοι
Ἄρτον γ᾽ Ἀγγελικὸν ὅς σοὶ ἐνεκρεμάθη.
Οὔνομ᾽ ὅθεν σὺ λάχες στοιχείων ἀντιτραπέντων
Ἄρτος σὺ τρεφθὴρ τῶν σέο παιδαείων.

Anagrammatiſmus.

TEVDERA ELISABETA.
DEA TER BEATA VELIS.

QVæ Terra, Qui Parentes
Se procreaſſe iactant
Teudera Eliſabeta,
Te de Deabus vnam
Propter tot atque tantas
Dotes beatiores
Mortalibus videndam,
Seu corporis ſtatura
Conſideretur alta
Et maior vſitatis,
Seu quam per ora præfers
Compar Diis venuſtas,
Seu quale pondus ipſo
Iunonis eſt in ore
Inter Deas verendum.
Sed cur minora laudans
Maiora conticeſco?
Mens ipſa mens in arce
Quæ corporis ſuprema
Sedem ſibi parauit
Deos deas & omnes
Se prouocare iactet,
Phœbus ſuas & artes

Et Pallas erubſcat
Conferre Eliſabetæ
Ob hoc beata dona
Toto fauente cælo
Donata iam tenellæ
Virgunculæ, Britanni
Gens bellicoſa, regem
Sibi nec hunc nec illum
Optauit imperare
Sed vnicam puellam
Elegit atque regnum
Ei dedit regendum
Tanta quod adminiſtrat
Seruat, regit, procurat
Sagacitate mentis
Nil vt ſupra requiri
Poſſítue cogitari.
Non ergo te creauit
Pater, parens nec vlla,
Nec gens, nec vlla terra
Furto Iouis: ſed olim
Amantis Amphitritem
Ipſo parente nata es
Iouíſque & Amphitrites
Diuina vtrinque proles.
Inter Deas marinas
Tu Doris es Britanna
Doris tot & metallis,

Doris tot bellúisque
Protæus vbi marinus
Neptunios iuuencos
Seruat cauis in antris.
Doris tot & carinis,
Tot nauticas carinas
Regentibúsque nautis
Exoticásque merces
Vehentibus per vrbes
Procul mari remotas
Deûm fauore diues,
Sortita & inde nomen
Fatale per figuras
Es nominis prioris
Mira sed arte versas
Dea ter beata velis.

Anagrammatismus.

Hieronymus Cauellatus
Chely sum lætus arion.

CVm puer esset adhuc, pueris cantabat Arion,
Et pueris doctis vox ea grata fuit.
Dum puer est Cauellatus puerilia cantans,
Iam mulcet pueros ad sua plectra puer.

Cùm iuuenis fuerit, iuueniles attrahet aures,
Thrax iuuenem iuuenis traxit vt Eurydicem.
Denique cùm vir erit, cœtus trahet ille viriles,
Altera Arioniæ gloria laúsque lyræ.
Quod sors approbat ipsa, chely sum lætus Arion,
Vt res nominibus conuenienter eat.



IO. AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij funerum

LIB. I.

In Tumulum Francisci I. Francorum Regis.



Vale fuit Carum vetus illud Mausoleum,
Tale viator & hoc specta regale sepulcrum.
Francisci Regis Francorum nomine primi,
Qui cum sex aliis tumulo requiescit in isto,
Reginæ pietate Medicæ *Catharinæ,*
Altera Gallorum quæ dicitur Artemisia.

Tumulus Francisci I. Francorum Regis.

FRancisco Rex in terris non pulchrior alter,
Nec maior pietate fuit, nec amantior artium,

Et qui de multis meritusbene non nisi iusta
Iura dedit cuiquam, Regnum virtute tueri,
Augere inque dies satagens fœlicibus armis:
Teste quod Heluetia retulit de gente trophæum.

Tumulus Claudiæ vxoris Francisci.I. Francorum Regis.

CLaudia Francisci primi charissima coniux,
Lodoico duo(quæ)decimo sata rege parente.
Patris laude, suáque tulit virtutis honores,
Qui pater est patriæ patrio vocitatus honore,
Nec minor alter honos de Britannica *fuit Anna*
Matre, suũ adiecit quæ ad Francica regna Ducatũ,
Nec pietate prior nec prole beatior vlla
Francisco Delphine, *Henrico Rege secundo,*
Et duce te Aureliæ, geminísque sororibus vna
Magdali te Scoto Regi *quæ iuncta marito,*
Margari téque Duci Emanueli nupta Sabaudo.

Tumulus principis Delphini.

DElphinus sic pulcher erat, sic indole forti,
Sic virtutis amans, suspectus vt hostibus esset
Quorum fraus iuuenem malè sustulit vsa veneno:

Tumulus Caroli Aureliæ Ducis.

Carolus Aureliæ Dux fortis, & aptus ad arma,
Per patris auspitium Luxembergam tulit vrbem
Præmia militiæ, iuuenis fatis sed ademptus
Ante diem, lacrimas patri post fata reliquit.

Tumulus Caroli & Lodoicæ.I. Francisci regis filiorum.

Lodois, & Carolis Francisci prima propago
Ante patrem & matrem teneris obiere sub annis,
Caroli ad Hispaniam iam vincla iugalia pacta,
Quem nisi successum mors inuidisset vtrisque
Inter vtrosque forent non prælia multa coorta
Lodoica Sabauda Parens tua maxima Regum.
Francorum Francisce *Comes, quam Carolus annos*
Sub viginti vnum viduam post fata reliquit
Franciscum primum Margaridemque sororem
Ad genus eduxit virtutis & omnis & artis,
Vxor Alençonio quæ primum iuncta marito,
Deinde Nauarræo Regi, sed sedula mater
Incolumẽ natum Regnum seruauit & Illi matris.

Tumulus Francisci primi
Gallorum Regis.

Regia Franciscus primus cùm sceptra teneret
Matri permisit Regnum se Rege regendum,
Et papiæ captus sua matri Regia iura
Cuncta dedit, sic vt matris prudentia solers
Vlla seruauit regnum sine labe tumultus,
Captiuúmque redemit natũ annum ante peractũ,
Fœderáque induxit per coniugalia pacem
Vnde salus Regno regno saluóque beatam
Mortem obiit Francos plorabile funus in omnes.

IN CAROLI NONI, REGIS
Gallorum Piissimi iustissimíque
obitum nænia.

Flete pii mecum cuncti iuuenésque senésque,
Et flentes mecum dicite, quisquis adest:
Carolus, ah! obiit, Rex hoc cognomine Nonus,
Omnia summa Deus cui dedit ante diem.
Ante diem nono Gallorum Rex fuit anno,
Ante diem sensit nil puerile puer.
Ante diem subiit Ciuilis pondera belli,
Victor & ante diem semper ab hoste redit.
Ante diem victis clementer sæpe pepercit:

Sæpe rebellantes puniit ante diem,
Ante diem, inuenisque, virilia robora gessit:
Consilium ante diem corde senile tulit,
Ante diem ingenio fuit omnes dexter in artes,
Optima vel discens quæque, vel ipse docens.
Ante diem iudex erat ad res callidus omnes,
Optima quæque probans, pessima quæque notās.
Ante diem nō cuiquā animis, non cessit & armis
Ante diem prudens, fortis & ante diem.
Ante diem pius in Superos, Matrémque, suósque
Fratres, in populum iustus & ante diem.
Pene quoque ante diem iunctus fuit Elisabethæ
Quas non pro extincto fundit adhuc lachrymas:
Ante diem fratrísque fide, Regnóque Polono
Lætus, fratre carens fleuit & ante diem.
Ante diem Regnum pacare omni arte parabat,
Et faceret, raptus ni foret ante diem.
Proh dolor! ante diem periisset fraude suorum,
Si non deprensos perderet ante diem.
A superis seruatus in hoc aliisque periclis,
Mille quibus fera per bella petitus erat:
Cùm satis ipse sibi, si non tibi Gallia, tantis
Vixerat afflictus pro pietate malis:
Incidit in febrem, regni bis septimus annus
Cùm foret, & lenta tabe peresus obit.

Exitus hic illi vitæ: mors ipsa sed, actus
Vltimus, eximii pignora Regis habet.
Nil de morte timens, mortis neque conscius, illo
Afflauit terras, quo sacra flamma, die:
Post animæ sibi sancta piamina rite peracta,
Post sacrum panem, post calicémque sacrum,
Luce velut menti pia per misteria fusa,
Matrem iam certus mortis, adesse rogat.
Regnáque commendans illi, fratrique minori,
Multa & eos solans, multa piéque monens.
Accersique iubens regna in sibi debita fratrem,
Eius & absentis iura tuenda docens:
Omnia condonans, quæ quis peccasset in ipsum,
Sed salua populi, iustitiæque fide.
Intrepidus, fidénsque Deo, quem mente gerebat,
Sic quasi victurus, non moriturus iit.
Nec dubium, quin viuat adhuc, regnétque beatus,
Tam pia cui pariter vitaque mórsque fuit.
Quod si non annis numeranda est vita, sed actis,
Nec censenda ætas tempore, sed meritis:
Qui tot res obiit tam paucis fortiter annis,
Prælia tot gessit, tótque trophæa tulit:
Tam multas coluit virtutes vnus & artes,
Támque piè pariter vixit, & occubuit:
Tot plenus numeris obiens, obiisse videtur
Non sibi, sed populis flentibus, ante diem.

IN CAROLI NONI IVSTISsimi Piissimíque Regis recentem obitum, Elegia.

Carolus, inuictum bello per sæcula nomen,
A primo Nonus maximus vnus auo,
Iam puer à fatis in regna paterna vocatus,
Alter vt Alcides, Iuppiter vtque puer,
Infestos manibus pressit puerilibus angues
Déque Giganteo Marte trophæa tulit.
Non sine Palladio Catharinæ numine matris,
Phœbæa Henrici nec sine fratris ope:
Quem dum post dominũ pharetra victrice dracone͂,
Quo non Pythonis sæuior horror erat:
Pro pietate sua simul & fœlicibus armis,
Ad sua gens vltrò Regna Polona vocat:
Sic Polluce velut spoliatum Castora fido,
Multi inuaserunt mox Aphareiadæ:
Non qui de thalamo, sed Regno bella mouerent,
Bella per infandæ cædis agenda dolos.
Arcuit hoc facinus pietas diuina, nefandi
Prodidit & sceleris protinus artifices.
Gloria neu Regis victi foret hostibus, ipse
Hostes confecit Rege iacente Deus.
Nam Rex fortè graui iam febre premente iacebat:
Cùm vis, vi, fraus est fraude repulsa Dei.
Scilicet vt doceat, nullum se vindice vinci,
Inque sua Reges, esséque Regna, manu:

Post vbi iam visum pietatis reddere Regi
Præmia, iustitiæ præmia digna suæ:
Tum Deus ipse piis pro sacris bella gerentem
Carole te, sydus vexit ad astra nouum.
Nunc vbi pro Regno nunquam te Rege quieto,
Hostibus à nullis turbida regna tenes.
Castora sic quondam Polluce superstite terris
Iuppiter exemptum lætus ad astra tulit.
At tibi nunc superest fraternos vltor in hostes
Frater, quo viuo tu quoque viuus eris.
Non vice concordi mors, vitáque secta duobus
Vt sit, & alternis hic micet, ille cadat.
Regna sed in cœlo sua Carolus vnus habebit,
Henrici in terris Gallia Regis erit.
Quódque prius fuerat pia fœdus in arma gemellis
Fratribus, hoc illis nunc quoque maius idem est.
Relliquiásque pii peragent sic denique belli,
Viribus hic hominum, viribus ille Dei.
Lux etiam gemini celebrabitur vna triumphi
Plausibus humanis, plausibus & superûm.
Sic pariter viuet pariterque micabit vterque
Ille poli sydus, sydus at iste soli.

In tumulum Liuarroti

Quid tibi Liuarrote graui euasisse duello,
Profuit? heu, grauiùs si subiturus eras.

Namque Piana tibi congressus túque Pianæ
Marte diu dubio cæsus vterque foret.
Hic tamẽ ante cadiscaderet quoq; saucius hostis,
Hanc laudem famulus sed tibi præripuit.

In Tumulum D. Bussii.

Bussius hic situs est armis qui sicut Achilli,
Sic similis fatis, occidit ante diem.
Martia námque suis metuens ne vinceret armis,
Si data vita foret longior arma Venus.
Fecit & armatum quem Mars *horrebat inermem*
Deprensum non vi, fraude sed opprimeret.

In Georgii Laurentii obitum.

STirpe Georgius hic situs est Laurentius ortus
Nobili, & eximia quondam pietate sacerdos,
Actibus & varia virtute ornatus: in ista
Qui sacra senuit vigil vsque Vicarius æde
Vernolii Pastor bonus idem, Sazeretíque
Commissas sibi pauit oues sermone frequenti,
Exclusitque lupos stabulis aliísque suísque,
Non minus exemplo quàm verbis integer ipsis.
Gratus & hinc cunctis plebeis nobilibúsque.
Chesneriis & Rolliatis, custósque sacelli
Hic ab eis positi, tumulos nunc inter auitos.
Illorum iacet hic Rollati Chesneriíque

Iussa Equitis domini, cùm quingentesimus annus
Mille supra & Christi decies octauus ab ortu,
Septimus & vitæ iam sexagesimus iret.
Ipsius ista legens deuote precare viator
Quam viuens meruit, Deus huic det morte quietem.

In Tumulum Renati De Birague.

ILle Biragorum clara de stirpe Renatus,
Tot Mediolani qui numerabat auos.
Temporibus bonus ille malis placidusque furentis
Sortitus populi fræna regenda senex.
Qualis dum Atridem lis esset & inter Achillem,
Consilio pacans Nestor vtrumque Ducem:
Quo iuuenes Reges & quo Regina fideli
Sunt monitore vsi mortis ad vsque diem.
Quattuor ordinibus sic Regi charus vt ipsi,
De quo nil quod quis iure queratur habet.
Compositis rebus regni quibus ille vacabat
Vel supra vires inualidumque latus.
Vltro parte oneris senior iam cessit vt Atlas
Alcidæ & totum se dedit ipse sacris.
Inter quæ senis illa pii mens integra semper,
Est velut à vinclis sponte soluta suis.
Vt terræ à regnis ad cæli regna volaret
Libera mercedem proque labore ferat.
Nunc desideriumque sui luctumque reliquit
Regi Reginæ & Gallia tota tibi.
in 2

In Theodori Ferrerii Tumulum.

Hac Theodorus humo Ferrerius ille sepultus,
Mecanica quo non alter in arte prior.
Omnia Vulcanus sua cui commiserat ignis
Inuenta, & quicquid Dædala dextra facit.
Bellica cui varios varia extat machina in hostes
Temporibus belli facta per ingenium.
Tempore sed pacis non hoc solertior vllus,
Conflaret florum qui genus omne faber.
Et qui vix credenda suo miracla camino
Naturam simulans artibus efficeret.
Sed naturales qui vicerat artibus artes,
Naturæ tandem hic victus ab arte iacet.

In tumulum Cordis Annæ Memorantii memorabiliss. Ducis.

Adsta viator: grandis est paruæ moræ
Merces. Cor ist hic Regis Henrici situm est:
Ducis hic cor Annæ vtrumque vtrique proximũ,
Mandante Rege, promerente sed Duce.
Qui iussa Regis cum fide exequens sui,
Dum vixit hoc in morte testimonium
Fidelitatis cepit in Regem suæ,
Vt vita quos inuita & antè iunxerat
Inuidia, eorum corda mors ne separet.

In tumulum Reuerendi Patris, Lanceloti Carlæi Rhegensis Episcopi, & Abbatis Rotæ.

Lancelotus iacet hic Rhegensis Episcopus, atque
Abbas cœnobii, cui rota nomen inest.
Et meritò rota contigerat, felicis vt omen
Fortunæ, quæ illi fauit amica diu.
per quam principibus gratißimus omnibus aulæ,
Quattuor & summis Regibus vsque fuit.
Viribus, ingenio, facundis artibus, omni
Virtutis specie quam grauis Aula probat.
Propter & has dotes summos & adeptus honores
Est & opes, nulla nullius inuidia.
Namque fauens doctis, cognatis largus amicis
Fidus, & aßiduo sedulus officio.
Semper inoffensæ cursum decurrere vitæ
Sciuit, quod paucis aulica vita dedit.
Sed rota quæ fuerat fortunæ penè trabali
Fixa velut clauo, consilio & arte viri,
Fortunæ inuidia facta est rota lubrica Mortis:
Fortunam potuit sistere, morte ruit.
Sic tamen ille ruit, felix vt deinde resurgat,
Victa vt Fortuna, *sic quoque Morte sibi.*
Quod precor, & mecum doctorum turba precatur
Doctus enim, & doctis viuus amicus erat.

In Tumulum Reuerendiſſ. Card. Renati Biragi Galliæ Cancellarij.

Renati tegit hoc cineres atque oſſa Biragi
Marmor: at in cælo ſpiritus ante deum eſt:
Nam nec ſanctior hoc iuris reuerentior alter
Nec fuit, Italia, & Gallia teſtis erit:
Gallia, quam penes eſt regali functus honore
Maximo, & hinc retulit maximũ & ipſe decus.

In Tumulum Ambroſii Barbauerii.

AMbroſii Barbauerii non grande ſepulchrum
Oſſa tegit, ſed fama viri poſt fata ſuperſtes
Non titulum exigum ſed grande implere volumen
Poſſit, eam titulo lapis hic ſed contrahit arcto.
Iam teneris in cœnobio nutritus ab annis
Ritibus & ſacris, & ſacris omne per æuum
Incubuit ſtudiis, & vix viceſſimus annus
Tertius & ſuper actus erat, cùm publica Romæ
Huic theſis eſt certata ſacro laudente ſenatu,
Sic vt pontificis ſummi mirantis & illum
Vox ſit lapſa bonum ſeruaſtis adhuc ita vinum.
Talibus auſpiciis Doctoris tempora lauro.
Eſt præcinctus & Ambroſium quã nomine tã re
Sic expreſſit vt Ambroſii ſit in vrbe creatus
Quæſitor Generalis, *& in Pataui vrbe Profeſſor*

Publicus ingenti concursu sacra per annos
Denos atque nouem, docuit Taurinum iterúmque
Accinctus per quinque alios eadem docet annos,
Donec & hinc dux tu Emanuel Philiberte Sabaudus
Accersis charúmque tuum das pignus alendum,
Et secreta piè committis pectoris auri:
Denique iam sextúsque & quinquagesimus annus
Actus erat, veniens Dominus cùm dixit ad illum:
Euge bone & Domini serue ad mandata fidelis,
Seruasti quia pauca fidem super ecce ego multa
Iam te constituam supra tali duce fretus,
Exhalans animam superas comes iuit in auras.

In tumulum Paioti.

PAïotus iacet hîc, summa pietate fidéque
Clarus: vt integrè vita peracta probat.
Bellica námque diu curans æraria quæstor,
Quæsitibus intacta restitit vsque manu.
Atque ita cùm vitæ iam sexagesimus annus
Actus: & instaret tertius inde super.
Annus qui nouies geminauit cùm sibi septem,
Fit gradus infelix in caput omne senum.
Vt plures alios, sic nuper & abstulit istum
Vxori, & natis inde superstitibus.

Hoc qui pro pietate sua posuere sepulchrum,
Multis cum lachrymis, cum precibúsque pijs.

Epitaphe de Païot.

Cy gist Païot qui d'vn des plus entiers
Eut le renom entre les Tresoriers:
Duquel comptant des ans soixante & deus
Le corps ici, l'esprit soit mis és cieus.

Du mesme.

Cy gist le cœur entier & son entraille
Du bon Païot sous la pierre de taille
La où tous ceus qui vn cœur entier ont
Pour son salut enuers Dieu prieront.

In lachrymabilem obitum Christophori Thuani.

Panægyticum.

Francia tota gemens, & prima Lutecia sedes
Francorum lachrymas de Præside sistite primo.
Christophorus non ille perit, non ille Thuanus
Vir tam sanctus obit: sed abit sollennia nuper
Inuitante Deo sanctorum ad festa vocatus,
Præmia vt accipiat diuturni digna laboris,

Sanctorum aucturus numerum per secla beatum,
Nec longè quærenda fides probat exitus ipse
Iam celer & placidus & qualis non nisi sanctis
Dilectísque Deo contingere dicitur olim.
Nam cū quinque decémque senex iam cōderet æui
Lustra sui, à primis ad summos integer annos.
Corporis, vt mentis, ius inuiolable dantis
Cuique suum placida est sine sensu morte solutus
Sic veluti leni post longa negocia somno.
Græcia nnnc Cleobin, nunc iactet & illa Bionē,
Quos non difficilis, placidóque simillima somno
Mors Superum ante aras recta pro matre resoluit,
Maternæ vt ferrent meritos pietatis honores.
Tu quoque mater habes, quod iactes Gallia nati
In te Christophori pia facta, tuámque salutem
Temporibus namque ille malis per cæca viarum
Ille suis te matrem humeris sine compare vexit.
Incolumémque suo postquam Regíque Deóque
Rediddit, hic demum tranquilla morte quieuit.
Non tamen antè suus quàm fessi pondus, vt Alas
Herculis, exciperet generosæ mentis Huraltus,
Prima fides nostro, ceruix & proxima Regi:
Sed quòd vel prima numerari in parte beatum
Huic illíque potest, miro velut ordine rerum.
Vno Rege ambo per & vnum tempus vterque
Iura socérqe genérque dederunt maxima Francis.
Alter in vrbe domi, Regalíque alter in Aula
Integer integra vterque, fidelia fidus vterque

Et quia tam similes reddendo in iure fuerunt
Iámque pari pietate pares, dum vita maneret
Nunc socer in genero functus superesse videtur,
Vt desideriun plebs hinc soletur adempti
Francica virtutémque amborum spectet in vno.

In Tumulum D. Viuonæ.

EXiguo magni sub marmore cordis imago
Viuonæ iacet hic, quæ cordatissima quondam
Regibus & Regum vxoribus vnica magnis,
Maximè erat cordi tantum probitatis in illa
Consiliíque fuit, sed cor quod ad astra micabat
Viuonæ viuens viuis intermicat astris.

Ad D. Cassanianum Regis à libellis supplicibus.

SI me Cassaniane sic amasti
Vt natum pater vnicum senilis.
Si te Cassaniane sic amauit
Auratus pius vt cliens patronum:
Hanc donec malus inuidúsque dæmon
Gratam dirimeret sodalitatem:
Quæ nunc arcta coire (si licebit
Per te, pérque tuam benignitatem)
Optat: da mihi pignus hoc amoris
Inter nos veteris redintegrati:

Vt nostrum famulum tuum clientem
Admittens foueas tuo fauore.
Est(vt scis)iuuenis tuo fauore
Dignus,de grege qui domesticorum
Vnà cum domino fuit tuorum.
Et(si Cassaniane fas vocari)
Tam te,támque tuos amauit omneis:
Vt vini retinens tui saluam
Vrbi prætulerit Lutetianæ
Vini Burdigalam boni parentem
Martino facinus bibace dignum.

Summi Pontificis Pij Quinti. Epitaph.

Relligio dum vera labat fultura ruinam
Ille Pius Quintus firma columna datur.
Cuius vt aduentus mirabilis extitit orbi,
Dum nec opinanti trina corona data est.
Hic mirabilis est vis vitæ in sede peractæ
A Roma pulsis omnibus opprobriis.
Dein res quà Romana patet sub nomine Christi,
Intus compressis hostibus atque foris.
Hæreticis intus, turca foris arte subacto.
Pontificis,pia dum fœdera constabilit.
Quem neque præripuit claris maturior actis
Parca senem:nec fraus abstulit ante diem.

alter

Alter vt Helias Christo mittendus abipso
Cui noceat nullus Zabulus inuidiis.
Non sine mente Dei pietas Pie, vindice nunc te
Relligio asserta est, relligiose, tibi.

IN TVMVLVM P. Ronsardi.

RONsardi iacet hic corpus: sed fama per auras
Peruolat à nullo deperitura situ.
Annis qui à teneris Francisci Regis in aula
Primi nutritus, cùm puer esset adhuc:
Germanos, Scotos adiit, ducente Baifi
Lazare te iuuenis, surdus & inde redit.
Sed Deus vt surdis daret in bona carmina sanos
Auditus, surdo plectra mouere dedit.
Abstulit Italicis scriptoribus artis honorem,
Ad Francos modulans carmina docta modos.
Pindarus in lyricis, & Horatius alter in odis
Æmulus in que lege carmine Callimachi.
Pastori Siculo patria certauit auena:
Hymnis e Orphee, Battaidóque tibi,
Tardius ad Musas annis qui venit adultis,
Pensauit tardam edulitate moram.
Franciadem si non perfecit, tam bene cœpit
Æneadi vt certet, certet & Iliadi.
Singula quæ faciunt Musarum dona Poetas
Mirandos, vni sunt data cuncta simul.

Vixit cum doctis, cum nobilitate potentum,
Et coluit Reges quattuor arte lyræ.
Sub mortem Christum pius in sua vota vocauit:
In sancta profitens relligione mori.
Plura sed his quid opus tumuli super aggere poni?
Sat sui in auctorem sunt monumenta libri.

Εἰς Αἰγίδιον Βουρδινὸν ἄνδρα λογιώτατον, Ἰωάννου Αὐράτου ποιητοῦ τοῦ Βασιλέως.

Πουλυμαθῶν Βουρδῖνος ὁ πουλυμαθέστατος ἀνδρῶν,
Τῶν τε δικαιοπόλων εἷς ὁ δικαιότατος.
Οὔτω δημόσια πράττων, ἀγορῆς τε μεμηλὼς,
Ὡς ἰδίαις βίβλοις αἰὲν ἐνασχολέειν.
Ἀμφιλαφὲς χθὼν σῶμα, καὶ ἀμφιλαφέστερον ἦτορ,
Ὥστε τὰ καὶ τὰ λαβεῖν εὐρυχόρῳ πραπίδι.
Καὶ τὸ τέρας πολὺ μεῖζον ὁμῶς δύ' ἐναντία μίξας,
Τῶν μελέων τὸ πάχος, καὶ μελετῶν τὸ τάχος.
Ἦν γὰρ ὁμοιοφυὴς τῶν ἐκπάγλων ἐλεφάντων
Τῶν δέμας εὐρυτάτων, καὶ νόον ὀξυτάτων.
Ὃς ῥέγχειν δοκέων παντὸς λαλέοντος ἄκουε,
Τῶν ἀγρυπνούντων ὀξυακουστότερον.
Κεῖνος ὁ θαυμαστὸς δύο δρᾷν ἅμα, κεῖνος ἀγαστὸς
Τῷ σὺν ἀπραγμονέειν, καὶ πολυπραγμονέειν.
Ψυχῆς χρῆμα λαχών τι τεράστιον, ἣν ἀπὸ οἷο
Ὡς μετανάστειραν πέμπε, πάλιν θ' ἐκάλει.
Νῦν φεῦ νῦν ἀπὸ οὗ μὲν ἔπεμψε παλίνδρομον αἰεὶ
Πνεῦμα τὸ πρὶν, τὸ δὲ νῦν μηκέτ' ἀνερχόμενον.
Οὐρανίοις γὰρ ἅπαξ ἐπιβὰν, κεῖσ' ἐμφιλοχωρεῖ
Ληθόμενόν τῆς γῆς, τῆς τ' ἐπὶ γῆν ἀνόδου.

INDE LATINE
expressum.

Ille inter doctos quo non vir doctior alter,
Nec iustos inter iustior alter erat.
Publica Burdinus sic atque forensia tractans
Otia priuatis vt daret vsque libris.
Membra capax, sed corda capacior, vtraque vt vna
Ingenii caperet tam spatiosa domus:
Quódque magis mirum est, duo cui contraria, mente
Mobilitas, grauitas corpore iuncta fuit.
Natus enim fuerat mirandis par elephantis,
Mens quibus est agilis pectore, corpus iners.
Stertere cui viso multò tamen acrior auris
Quam cuius alii, qui vigilaret, erat.
Ille admirandus duo qui simul vnus haberet,
Semper agens aliquid, semper inérsque vacans.
Cui (res prodigii similis) Mens transfuga & erro
Apta erat alternas ire redire vias.
Nunc heu ! nunc tandem semper remeabilis ille
Spiritus, vlterius non rediturus abit.
Nam semel alta petens, & captus amore locorũ,
oblitúsque soli est, ínque solum reditus.

Ad eundem.

Brulardina vetus, vetus & Burdina propago,
Felix per ramos stipes vterque nouos,
Insitione suas olim socialiter vmbras
Mistus in immensas creuerat altus opes.
Regia Brulardus nam procurauit in vrbe
Annos Natalis séxque decémque senex.
At secreta trium Regum Burdinus in aula
Iacobus summa scripsit vbique fide.
Sic viguere diu magnum columénque decúsque
Ille suæ domui, nec minus iste suæ.
Vel potius domui decus alter, & alter vtrique,
Tam pius affines conciliarat amor.
Donec, in humanis quæ separat omnia rebus,
Mors columen domibus dēpsit vtrumque suis.
Vtraque iámque domus fuerat factura ruinam,
Cùm Burdinorum mox tulit alter opem.
Ægidius fratrum natu minor, ordine magnus,
Si quis honos artis, si probitatis honos.
Altera & alterius (mirum) succeßit honori
Alterius titulis nobilitata domus.
Natale Aegidius fit Procurator adempto,
Iocobíque locum nunc tenet ipse nepos.
Aegidium sed mors rapuit sua sex totidémque
Functum annos leuiri conditione sui.

In quo erat ambiguum pietas doctrináque maior,
Eloquiúmne foret castius, anne fides.
Nam Græcam, Latiam iuuenis callebat, Hebræã
Iam senior linguam, Chaldaicámque simul.
At varias artes cognôuerat, omnibus vsus
Per quos spes aliquid discere posse noui.
Sumptibus & parcens nullis librisque parandis,
Aut per quos posset proficere ipse, viris.
Testis & his fuerit sua bibliotheca superstes,
Qua non Parrisia clarior vrbe patet.
Sic tamen his studiis operã dedit, vt sua nunquam
Defuerit rebus cura, nec officiis,
Atque (quod est mirum) semper dabat otia Musis,
Otia cui nunquam publica cura dabat.
Nam fuit ingenio largus ceu corpore, résque
Dum tractat magnas, totus in hísque vacat:
Corpus destituens, animus sine corpore velox
Liberius quouis liber habebat iter.
Hunc talem tãtúmque virũ nunc Gallica functũ
Flent fora flent artes. flet domus ipsa duplex,
Brulardina simul, Burdináque: nam simul vno
Stante prius stabant vtraque nixa viro,
Nunc tres Brulardi, ceu tres vtriusque columnæ,
Fulcráque firma domus ne cadat illa, cauent.
Quorum consiliis præsunt duo Regis, in aula
Regis mandatis tertius ipse præest.
Ac velut ante duplex duplici labefacta ruina
Aegidii stabat robore fulta domus:

(Nam moriens teneros liquit Brulardus alumnos,
Quos Burdinorum fouit amica fides:)
Sic nunc Brulardis tutantibus, orba vicißim
Stirps Burdinorum ſoſpes erítque domus.

CHISTOPHORI THVANI IN curia Pariſienſi Primarii Præſidis Epitaphium.

Quæris in hoc tumulo cuius ſint oſſa Thuani,
Qui Gallo dictus nomine totus erat.
Dum vixit actus vixit lux tota Senatus
Quo viuo vixit, quo pereunte perit.

In tumulum Illuſtriſſ. D. Annæ Thuanæ.

INnatos pietas, pietas & patris in vmbram
In graue certamen nuper iere duce.
Victa ſed eſt pietas in natos, ínque maritum:
Namque patris fatum nata ſequuta pia eſt.
Anna Thuana patris cineres dum præſidis vrget
Perpetuo gemitu, perpetuis lachymis.
Natorũ vnus amórque & coniugis ardor Huralti,
Regis concilii qui loca prima tenet.
Poſtquam vteri felix extremum pondus in auras
Addidit æthercam, dixit amice vale.

Ipsa sequor patrem tu pignora nostra fouebis,
Amborum fungens vnicus officio.
Concordes thalami socios exigimus annos:
Pignora fera quidem, multa creata tamen.
Hæc pietate tua fidens secura relinquo:
Tu nunc es natis vnus vterque parens.

FRANCISCI BALDVINI Vtriusque Iuris Consultissimi Doctoris Tumulus.

Franciscus ille Balduinus nomine,
Re baldus alter nomen ipsum quod notat:
Sed maximam iuris ad prudentiam
Vtriusque, veteris & nouæ scientiam
Historiæ & eruditionis iunxerat.
Hic talis atque tantus inter exteros
Suósque notus, vltimos in Andibus
Exegit annos lectionis publicæ,
Auctore quam tum obibat Andino duce
Cum summo honore, & maximis stipendiis.
At ille cùm Rex factus esset è duce
Henricus omnium Polonûm calculis:
Tunc ipse magno Regis ardens gaudio,
Ab Andibus iam senior ad Lutetiam
Venit Polonis cúmque legatis diu
Colloquia docti docta præsens miscuit.
Magno fauore Regis atque Regiæ


Legationis lector hæc tu dum legis,
Humana quàm non certa confœdera:
Nam oratione sua ille nuper publicum
Suúmque testatus diserta gaudium:
Inter opus, vt bos lassus, & tamẽ pedẽ
Et altius & fortius figens cadit,
Mœrore summo, plurimisq; lachrymis
Non ipsius Lutetiæ vel Galliæ
Tantùm, sed omnis vbique gentis maximè
Tamen Polonum, cum quibus nouissimè
Versatus & confabulatus, eos sua
Ita Cycnea demulserat facundia,
Canis videndus ipse iam cycnus suis,
Sed æqua Gallis parca tantùm Galliæ
Abesse Balduinij noluit decus.
Suúmque alumnũ libera asseruit manu
Patrio sepulchro iuris vt summũ caput,
Iuris suprema in sede sit Lutetia.

In obitum Duglasij & vxoris.

HIc duo corda iacent cor sponsæ córque mariti,
Duglasii Scota nomen de stirpe vetusta
Cuius apud Francos Reges virtúsque fidésque
Tam celebris fuit vt centum regeret catafractos,
Signifer auspicio magni inter bella prioris,
Nam tantis animis & tantis viribus ille
Præstabat, sit vt ausus in anceps ire duellum

Nudus cum nudo cæsóque rediuit ab hoste
Victor, & egregium retulit cum laude trophæum:
Omnes militias regni dum vixit obiuit
Strenuus, vsque suum caput obiectare periclis,
Cúmque vnus de nobilibus regalibus esset,
Aptus consiliis, atque aptus rebus agendis,
Missus ad extremum Venetam legatus in vrbem,
Mortuus ad Drestum est, tabulis iussítque supremis,
Cor cor ad vxoris, quod habent hæc templa referri.
Scilicet vt quos vita prius coniunx erat, illos
Dissociaret, at ô vos prætereuntibus ista,
Perlegisse oculis si non piget, hoc quoque ne vos
Officium pigeat præstare oretis vt ambos
Abrahami simul in gremio dormire beatos.

FINIS.



IO. AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij Odarum

LIB. I.

DE SANCTISSIMA NATIUITATE Domini nostri Iesu Christi.

Ode dicolos Tetrastrophos.



Loquar mutis sileámne chordis?
Concinam pulsis, fidibúsne lentis
Supprimam Christi miseris salubrem
Gentibus ortum?
Rumpit affectus pudor, hinc retractat
Acer in vastos amor ire fluctus
Ardet, à cœpto remoratur ausu
Ardua moles.
Hunc, mei quamuis fragiles lacerti
Non satis tanto faciant labori,
Pango: Cœlestis dabit impetrata
Curia vires.

Pauca de primis repetenda seclis
Persequar, nostræque caput ruinæ
Heu cogor dolens meminisse: sed quin
Soluimus oras.
Inuidus postquam stygiis adortus
Artibus primos coluber parentes
Vicit, & tetra maculauit omnes
Labe nepotes.
Pressit & cæcis diuturnus umbris
Error humanum genus, & paternæ
Proh graues noxæ luimus potenti
Vindice poenas.
Prona subiectis hominum querelis
Horridam duræ soror æquitatis
Sepe tentarat religare summi
Principis iram.
Illa sed turpem tulerat repulsam,
Quæ Deo supplex tamen aduocata
Institit coram fragilem tueri
Iudice causam.
At memor culpæ veteris supernus
Rex foro tristem expulerat nec huius
Sacra tractari minitans volebat
Pacta salutis.
Flexa sed longo Patris ira demum
Questui cessit placuítque causam
Discuti: hinc libra stetit æqua virgo,
Hinc Dea clemens.

Profluo quæ mox gemebunda fletu
Orsa sic cœpit: Pater alme Diuum,
Qui tuo certa vice cuncta nutu
Sidera torques.
Hoc scio quantum mihi sit negoti,
Quæ tibi infensos (metuende iudex)
Et reos vinctos homines laborem
Soluere vinclis.
Sed meæ sanctus pietatis ardor
Mouit, & rectè modulus Bilancis,
Dura vel sæuæ lachrymis maderent
Gorgonis ora.
Gentium clauso vaga cymba portu
Fluctuat, tersítque oculos, diúque
Fixa plorantum tacito senatu
Causa pependit.
Iam sub occasus vetus ordo rerum
Currit: & dudum titubat creata
Totius moles fabricæ, tot & iam
Degimus annos.
Nullus ad nostras remeauit arces
Spiritus quamuis niueus: sed alter
Tartarus clausit meliora quæque
Carcere Ditis.
Obstat infracto mihi prisca iussu
Plaga: sed digna hoc scelus expiauit
Pœna venturis miserere seclis,
Frigeat ira.

Vox quid extremi meruere longa
Stirpe deducti? proauita in ipsam
Quid retorquentur malè posterorum
Crimina fontem.
Adde quod cæli vacuum sedile
Iam nouos desiderat inquilinos:
Accitos summam è Galiis in orbem
Municipésque.

ODE

IN CAROLVM NONVM, ALTErum Herculem Gallicum.

Qualem subactis libera belluis
Tellus ademptum flebilis Herculem
Quæsiuit, in cælúmque raptum
Certa, tamen gemebunda luxit:
Non quòd beatos in superum choros.
Ascitus esset scilicet inuidens,
Tanti sed assertoris orbam.
Se miserans fera monstra contra:
Talem secundum Gallicus Herculem
Te luget orbis nunc sibi Carole,
Cui non decem cœlum labores,
Tota sed acta mereteur ætas.
Inter ferarum sæua pericula,
Quas vis subegit non sine diis tua:

Nam quis tot humanis peracta,
Tantáque viribus esse credat?
Imbelle non tu iam tener otium
Inter puellas ducis, in Hercule
Quod damnet, hoc inuenit vnum
Nata mares tua mens artes.
Sed sæpe syluis nunc agis impiger
V*enator vrsos, sæpe truces apros,*
Sic vera præludens ferarum
Bella tibi peragenda posthac.
Tu vix decennis Rex nouus æmulæ
Angues nouercæ fortiter opprimis:
Nam mater, heu, quondam nouerca
Gallia tunc tibi penè facta.
Maior leonem tu Nemeeium
Non sternis vnum: sed simul asperos
Claua trinodi tres leones
Per totidem fera bella mactas:
Tu baltheo discingis A*mazonem*
Interuentem numine non suo:
Tu Ditis è sæuis cathenis
Pirithoum miserans reducis.
Stymphalidas tu strenuus alites
Figis sagittis arcipotentibus:
Et cuncta turpi polluentes
Proluuie prohiberes vagari.
Tu nuper ipsũ Geryonæ triplex
Monstrum vel vno poteris impetu,

Senis licet fidens lacertis,
Et manibus pedibúsque senis
Tu cùm quierant bella, domesticos
Cætus colebas Sacra docentium,
Laudanda priscorúmue facta,
Aut hilares etiam camœnas.
Tu ceu cathenas auribus aureas
Ex te loquente pensilis inserens
Turbæ, tuæ linguæ disertæ
Eloquio populum trahebas.
Hinc vsitatum laus tua 'iam modum
Egressa factis cùm foret arduis:
Occurrit huic tanden domandum
Inuidiæ exitiale monstrum.
Humana quod vis nulla reuincere
Cùm posset, Oetæ mox velut ignibus
Ereptus, in cætum Deorum es,
A Ioue te misirante, vectus.
Nunc vnde flammas corporis irritas,
Morsusque ridens integer inuidos,
Amplexibus solaris Hebes
Coniugis Austriacæ dolorem.

AD RONSARDVM

Ode ad numeros Pindaricos.

Strophe. 1

Lyræ potentis Camenæ
Agite quis deum heróſue
Homo quis fidibus inſeri
Poſſit? ſatus piſa iam,
Iouiſque memoratus
Olimpus ſacrum &
Herculis patris opus.
At nunc patriæ princiem
Chelis apud Celticos
Decus grande populos
Sibi Pindari cantu
Perſonare numeróſque Gallicos.

Antiſtro.

Renumerari aut inultos.
Itaque par pari reddens,
Noua pleſtra reſequar nouis,
Clauúmque clauo velut,
Retundam: ego reperta

Meis Italis
Patria indigenáque
Rõſarde tua: ôflos virũ &
Decus oliui, aut illius
Virilis quo oblinitur,
Et artus terit
Amyclæa pubes:
Autèllius quod hilares
Fere camenæ obolent.

Epod.

Nã ſeu quis artẽ ſinuoſáque
Corporis volumina velit,
Quibus corpus aptè
Velin equum vel de equo
Volãs micat in audacibus
Pugnis ſtupebit dicatũ grauib⁹ vmbris
Muſarum agilib⁹ quoque
Saltibus Martis expediſſe membra.

Strophe.

Inertis oci laborem
Probét amétque ſin alter
Iterum ſtupeat vt cauæ
Neruis maritans lyræ
Virum decora præſignium, claráque
Facta ſydera vehat
Supra memoranda omnibus,
Sine modo finéque,
Puellaribus & in

Choris & dapes
Super principúmque
Mēſas: ſacras vt epulas,
Diuúmque nectareos.

Antiſtrop.

Solent ſonare inter hauſtus
Patris Apollinis grata
Modulamina ſuperum
Intus remugit domus
Beata geminátque
Sonos: ſeu libet
Bella dicere deum
Stragéſq; gigantū & neces:
Sua cum in ipſos graui
Refluxere iuga cum
Ruina, Iouis
Manu, fulminúmque
Vi fracta, vt ætheris apex
Suas opes tremeret.

Epod.

Siue mauult faciles ſui
Patris impetus, & aquilæ
Rapaces volatus
Strepere dulci lyra:
Quod excutiat è frontibus
Rugas deorum: ſerenétque Iouis iram,
Si quando nimis impiæ
Aſperarunt in arma ſæua gentes:

Strop. III.

Ad nos canentis lepores
Quasi sopore deuinctus
Sua tela digitis pater
Ponit remissis: iacet
Vtrumque latus ales
Reclinans super
Sceptra fulua Iouis: &
Ceu sponte fluitantia
Gemina dans brachia
Tuis victa fidibus,
Et alas pares,
Fouet frigidum igne
Lauguente fulmen: ea vis
Tuis modis fidicen

Antistro.

Inest Apollo, sed in diis
Tua Chelis celebretur,
Modo non alia regnet in
Terris honoratior
Ea vada ledi quæ,
Et ornat solum
Vindocium: vbi super
Somnos puero ab ardua
Apice quercus volans
Apum examen agile
Suum melleum
In os nectar infans

Ingeßit, hócque tenerum
Tibi imbuit latice.

Epod.

Ronſarde guttur. Tyrio velut
Aliti ferunt, prope ſuæ
Caput iuge Dices:
Nota foret quæ, lyræ
Vtrumque fore mox principem
Gentilis: altos ſonans quæ raperet orco
Reges, Iouis Olimpici
Sanguinẽ, melle tinctulos perhymnos.

Strop. IIII.

Amanda virtus, magiſtri
Negát & abnuit curam:
Sine fraude. ſine & artibus
Excurrit in campum equus:
Canis nemora rimánſque venáticus
Prenſat hauſtibus hians
Notis ſine dolo, feras
Latibulis iam quoque
Cubantes: nec opera
Docentis canunt
Per agros amictæ
Pennis aues: neque ſonum
Amabilem citharæ.

Antiſtr.

Eburneæ temperas tu
Niſi duce & magiſtro te

Tibi, Petre: amor at in tuos
Candórque amicos, suum
Decus sibi adimens arrogat cæteris
Inuidens sibi malè:
Quos inter erat & locus
Mihi aliquis: nec nego
Tibi sæpe Latium
Per & Doricum
Nemus colligentem
Thymbram, thymũque casiámque
Pabulo solitum

Epod.

Præbere me: dulcis apiculæ
More tu tabella tenera
Ad hæc porrigebas
Rudia fundamina
Faui, tibi tua quæ dein,
Polita cura, diu sæpéque operose
Nectar Coa luere in hoc,
Quale non stillat hybla, nõ hymettus.

Eiusdem Ode ad eundem.

Quis te deorum cæcus agit furor
Ronsarde Graium fana recludere
Arcana? Lucos quis mouere,
Quos situs & sua iam vetustás
Formidolosos fecerat? ô nouum
Non expauescens primus iter lyræ
Tentare: Romanis quod olim

Turpiter incutiat pudorem,
Nil tale quōdam tangere pectine
Ausis latino, quale ferox sonat,
Cadmi colonus septi chordi
Liberius iaculans ab arcu.
Tu primus vt iam trita relinqueres
Testudinis vestigia gallicæ,
Aggressus excluso timore
Ogygio tua labra fonte
Mersare voces indéque masculas
Haurire, dignas principibus viris:
Quorum tua sacrata buxo
Facta sui stupeant nepotes.
Fœlix ter ô qui iam modo fortiter
Te vate sese pro patria geret:
Non eius vltra obliuioso
Dente teret senium labores,
Seu quis rebelli frena britanniæ
Portans, ferocis fregerit impetus.
Gentis: suos in limitésque
Reppulerit nimium vagantem,
Auulsa seu quis membra reiunxerit
Regno resectæ brachia Galliæ.
Atque Italas assertor vrbes
Reddiderit solitis habenis.

In Turnebi Aduersaria.
Ode.

Aduersaria dum perudita

Turnæbus pater eruditionum
Sæua colligit imminente Parca,
Conuasans velut ad nqui tumultus
Signum sarcinulósque miles aptans:
Phænissa vel vt imminent, troes
Syluis infabricata cùm ferebant
Raptim robora, remigésque truncos:
Sic is præproperanes rudes tabellas,
Et sparsis foliis pares Sibyllæ
Dum consarcinat, alligátque raptim:
Pars interciderat parum polita,
Quam nunc coniuge digna talis vxor
Magna sedulitate perpolitam,
Nobis auspitio tuo Tuane,
Raptas coniugis vt rogo fauillas.
Reddit: téque rogat tibi dicatos
(Qui tutor viduis Tuane & orbis
Præsens esse soles) sui mariti
Vt libros, ita liberos relictos
Cures, vindice te manere tutos.

Ad rationum magistros
Ode.

Si vestris rationibus quot annis
Auratus noua signa calculorum
Vates officiosus elaborat
Et mercedem aliquam labor meretur

Ne vobis graue neue sit molestum
Si nostræ pretium requiro Musæ
Quod(quæ vestra benignitas piúsque
In Musas fauor est)boni ô magistri
Non est vt mihi iure denegetur.
Nam quia iustius hoc sit æquiúsque
Quam merces operario vt sit æqua.

IN IO. VAEVRÆVM recens cooptatum in Collegium Canonicorum Heduensium. Ode.

Augusta tellus, & vetus vrbs simul
Augusta & ingens nomine, sed viris
Augustior, quos vsque gignis
Artibus ingenióque claros
Tu Galliarum penè potissima
Pars dicta quondam, tu populis potens
Armísque, summum Gallicarum
Credita tu caput esse rerum
Sed nil perenni robore cernitur
Inesse terris: pérque suas vices
Humana nunc tolluntur astris,
Nunc subita trepidant ruina,
Troës fuerunt, & fuit Ilium
Ingens: fauillis creuit ab Ilii
Superba Roma, mox & ipsa

Nil nisi grande futura bustum,
Bustíue grandis relliquiæ putres
(Nãque & senectus vrbibus est sua
Et gentibus) nec tu priores
Semper eras habitura vires
Augusta moles. Quanta tamen fuit
Olim tuarũ nobilitas opum,
Testantur ipsæ nunc ruinæ,
Et vetus ambitus ille muri.
Sed mitte mœstas iam querimonias,
Iam mitte Clio: Nũc quoque maxima
Et digna tanti restat vmbrâ
Nominis vrbs veteríque fama,
Latam vetuste falx licet amputet
Syluam Cupressi, multa manet tamen
Sospes prioris pars odoris
In rèliquo mutilóque trunco.
Et nunc in vrbis stat veteris solo
Antiqua gentis plurima gloria
Seu quis requirat firma pubis
Pectora, siue animos & artes:
Sed quid Camœnæ cum lituis? quid est
Bello potentis cum populi asperis
Pugnis? inermes nunc sat artes
Arte mei celebrare plectri.
Væuræ dulcis, tu decus artium
Ingens bonarum: mens tibi callida
Non vnius linguæ: nec vnam

Discere sedula disciplinam.
Graecas, Hebraeas, & latias simul
Tu res amasti: tu sacra literis
Miscere, qua fas est profanis
Me solitus socio atque teste.
Ob quae remotis te tua finibus
Non immerentem patria deuocat,
Vaurae, tellus Heduorum,
Vt meritos ineas honores,
Virtutis vnis quos licet artibus
Augustoduni nec petere ambitu
Foedo: decoris tanta rebus
Laus & honos apud hosce mõtes.
Et nunc amico non ego gratuler
Tanti fauoris nomine? non bonis
Musis apud vos tam beatis,
Tam celebres meritis fauores?
Iam vos camenae fidere, iam decet
Rebus secundis tollere spiritus:
Iam digna vestro sunt labori
Praemia docticolas per vrbes.
Vobis & isis non ego gratuler
Caetus fouentum recta sodalium?
Per quos viris virtute claris
Est sua non sine dote virtus.
Iam te reportent in patriam tuo
Vaurae caetu sospite sospitem
Leues fauonii sibilantis

Blanditiæ, volucrúmque plausus.
Vt gratulantum gratus in agmine
Docta salutes voce sodalium
Cætum, suas doctos quod vltro
Amplificas vocet ad cahtedras.

Ad D. Margaretam Reginam Nauarræ.

ODE

Qualis quadrigis raptus ab igneis
Sublime vates, in liquidũ æthera
Venit, manu flammante frenos
Ignipedum moderans equorum:
Cum fulgarantis lapsa Senis sinu
Vestis, supinas decidit in manus
Vatis, minoris, flammeósque
Visa cadens rutilare tractus.
A tergo: vtolim cùm ruit, aut procul
Visum supernè proruere incitum
Sydus serena nocte longos
Ponè trahens per inane Sulcos:
Si nũc amictus Margaris horridos
Grauata, fæcis participes suæ
Natalis exuto veterno,
Corporeæ grauitate molis:
Sublimis orbes attigit igneos
Nitens quaternis ad superos rotis,
Spe cum fidéque & Charitate,

Vique malæ patiente fortis
His vecta sursum diua iugalibus,
Iam nunc beatis cœlibus interest
Regina non paruæ Nauarræ,
Sed patuli solidíque regni.

Hendecasyllabum in tres sorores Semorianas.

Iam non (vt Venusinus exprobrabat)
Iam non Oceani vnda belluosi
Vobis obstrepit, vt prius, Britanni
Diuisi prope gentibus Britanni:
Iam Siculo migrans profondo
Dictos Parthenope sorore mersa
Fluctus personat ecce terna Siren,
Iana, Marguaris, Anna, tres sorores.
Quas vel non religata Vis Vlyssis,
vel remex sine fraude prateriret
Non surdus, neque cera inunctus aures
Nec mirum: religata vis Vlyssis
Quas olim fugiebat, arte blanda
Allectos miseris modis necabant:
Hæ sic vtile miscuêre dulci,
Vt non voce necare, sed iuuare
Et poßint simul, & necem fugare:
Aqua Marguarin, ecce, vendicarunt.

In Andreæ Theueti Cofmographica.
Ode.

NOn ergo nullum carminibus tuis
Cumæa vates, pondus ineſt, quibus
Chriſti ſubaduentum canebas
Cuncta retro renouanda ſecla.
Iam Tiphis alter, iam redit altera
Heroas Argo que vehat inclytos,
De ſtirpe diuorum creatam
Progeniem ſuperis ſecundam.
Qui notà nondum per maris æquora.
Plenas pericli præcipitis vias
Auſi, nouum videre cælum,
Aſtra noua, & regna, & vrbes.
Videre quicquid diſtulerat Deus
Seros mannos patribus abditum
Noſtris iniquas arguentes
De ſuperis hominum querelas,
Falſò querentum cuncta parentibus
Inuenta primis, & ſibi iam nihil
A diis relictum, quod ſagaci
Erueret nouitas labore.
Non hæc Deo mens inuida, non inops
Hæc eſt egeſtas, vt pater omnia
Donarit illis æquus: hos ceu
Vitricus improbus abdicarit.
Semper fuerunt, ſemper erunt ſequens
Quæ promat ætas prætereuntibus

Prodire ruptis visa sulcis
Terruerant proprium satorem.
Sic, quo theatri non opulentior
Est apparator maximus omnium.
Ædilis, haud spectanda rerum
Cuncta Deus tribuit vetustis.
Sensim tapetum sed velut exerens
Nunc hoc modo illud leniter exhibet
Spectandum: in admirationem
Artificis trahat ars vt omnes.
Et nunc Iason nunc vagus Hercules
Telluris oras eruit vltimas:
Nunc lentus erroris viæque
Nery tuis, Phrygiúsue ductor.
Sed nullus vnquam plus obiit maris
Terræque, nostro quàm tua seculo
Theuete, seu Tiphete mauis
Tiphin auum superans iuuentus.
Tu mensus orbem, quâ patet, vndique
Mundi superni testis & inferi,
Ad nos vt alter non Vlysses,
Mercurius remeas sed alter.
Qui gratus altis hospes & infimis
Ambas multus it redit & vias:
Huic pars tuus Theuete cursus,
Par tuus huic lepor ipse fandi.
Dum falsa veris miscet Vlysseus,
Contaminauit historiæ fidem,

Narrator orbis fabulosus:
Tota tua & sine fraude charta
Verax soli tu censor es & sati,
Atque vmbilici certior arbiter,
Quàm quas ferunt vtroque missas
Axe aquilas coiisse Delphis.
Non ergò solum tu crucis aureæ
Insigne gestas, quòd cruce nobilem
Olim peragraris Sionem
Palmiferi gregis Alchimystes:
Latè patentis sed spatium crucis
Toto quod errans orbe cucurreris:
Vtrumque quâ dimetientem
Orbis habet pia crux capacis.
Signum quod olim prouida mens Dei
Elegit in quo brachia tenderet:
Dextrúmque læuum, altũ, profunũd
Mensus, opus repararet auctor.
Paucis sed istud curriculum datur
Cursare, vt illi certa renuntient
Multis: at inter hos fidelem.
Posteritas te habitura testem,
Quæ te beato facta beatior.
Theuete quod per mille pericula,
Per mille vidisti labores,
Tuta tuis videt omne libris.

Ad

AD ILLVSTRISSIMVM Principem Carolum lotarenum Cardinalem. Ode.

DIcebas ineunte nuper anno,
Cum tu carmina nostra lectitares,
Per quæ vaticinabar, Hic quod annus
Regi regna nouenus innouaret
In summum decus atque dignitatem.
Dicebas (memini) fauore læto,
Aurate, accipio libenter omen
Audiuit Deus approbationem.
Tanti Pontificis: ratam que fecit
Non sortem modò vatis animosam,
Vocem Pontificis sed auspicatam.
Quod si Pontifices suum perannum
Fama est esse prophetiàs locutos:
Et tu Carole gallicus per annum
Non vnum modò pontifex, sed omnes,
De quo gallica cuncta sacra pendant:
Sum vates ego, sed tu es Propheta.

IN FONTES CICERONIS ET BIRAGI.

LIbertus Ciceronis ille notus
Dictus laurea, laureáque dignus,
Laudans carminibus sui patroni
Fontem, dixit aquas solo salubres


Seu fors grata tibi causa vetustior
Huius nominis est, atque libentius
Audis Hercülei fons, & ouans tui
Crescis laudibus Herculis.
Nam fama est & in hæc clauigerū loca
Aduenisse patrem, siue tricorporis
Cùm monstri domitor gente ab Iberica
Victorem retulit pedem:
Seu tunc Hesperidū *cùm decus auferent*
Syluis ac pretium, ditibus aurei
Mali ponderibus tardus, Atlanticis
Vix vndis caput extulit.
Hinc Graiis etiam Gallicus Hercules
Notus, cuius erat forma, & catenula
Aures quæ traheret pensilis aurea
Vulgi orator, & eloquens
Forsan cultus & hic Herculeus pater
Quondam, non minùs ac Gadibus in suis,
Quâ fons Herculeo *par tibi nomine*
Templum dicitur Herculis
Perfudisse sacris ritè liquoribus:
Qui (mirum) mare cum cresceret æstuans,
Decrescebat: *vbi deficeret, suo*
Exundabat ab alueo.
Huius *tu veteris fontis imaginem*
Seruas, námque duplex imminet arx tibi
Illis æquà columnis, tuus Hercules
Quas finem statuit viæ.

Fors & nunc Nemees terror vbi furit
Vrens cuncta suis syderibus Leo,
Te numénque tuum vitat & Herculis
Arcus horret adhuc sacros.
Fons tu nobilium gloria fontium,
Quotquot Naïadum Sequanidum sacra
Semper voce sonant, semper amabili
Nympharum strepitant choro.
Nec te vincat honos, famáque gurgitis,
Quem pendentis equi protulit vngula:
Sic te celsus & hinc claudit & hinc duplex
Vmbo structilis aggeris.
Instar montis, aquas qui gemini tegit
Vmbra verticis, & Pegasidum nemus:
Hæc Phœbo sacer, hæc non vlulatibus
Vnquam Bacche carens tuis.
Sunt hic & sua Baccho, & sua Apollini
Consecrata loca: est numinibus suis
Non indigna quies, seu genium soli,
Artem siue quis exigat.
Hinc Blandina patent tecta salacibus
Gratas in latebras Capripedum iocis:
Lasciuíque gregis, qui sequitur Deum,
Cui colles virides placent.
Illinc Aonidum lusibus, & patri
Phœbo chara domus stat Seguieria:
Non aduersa viris numen amantibus
Et musarum & Apollinis.

Tu dum nostra tuo flumine temperas
Exsiccanda piis pocula vatibus,
Nos circùm vada, circùm latices tuos
Has laudes canimus tibi.

IN GVISII DVCIS reditum ex Italia,

Ode.



Oluāt Camœnæ triste
silentium,
Soluāt: & acri Guisiaden lyra
Cantent, remoto iam Britanno
Mœnibus à patriis tumultu.
Nuper secundus dum terere Annibal
Fastus superbos tenderet Alpium,
Ausi feroces tum Britanni
Gallica sunt penetrare rura
Orbata tanto præside, tot virum
Cum cæsa fœdè millia, pròh nefas:
Tot vincta ductorum pudendis
Brachia nobilium catenis.
Iam gloriari quidlibet insolens
Iactabat Anglus, celsa Lutetiæ
Se templa fundo diruturum
Sacrilegis spoliata dextris.
Sed Guisiani fama ferociam



DE CALETVM VRBE

NVPER A GALLIS GVISIO

duce recepta, Carmen alternum

Loquuntur inter se

NVNTIVS ET VVLGVS.

ALLICVM

N. *CLamate Galli nunc ter io*
io.
V. *Quæ læta Gallis instat o-*
uatio?
N. *Capti Caletes.*
V. *Multa paucis*
Digna nouo memoras triumpho.
N. *Vicère Galli, sed duce Guisio:*
V. *io triumphe, nunc ter io io.*
N. *Vicère victores Britannos:*
V. *Nunc ter io, ter io triumphe.*

N. *Annos ducentos serua Britanniæ*
Vrbs liberata est. V. *Nunc ter io io.*
N. M*igrate iam prisci coloni.*
V. *Nunc ter io, ter io triumphe.*
N. *Illinc Philippus pulsus Ibericus.*
V. *Pulsus Philippus antè Valesius.*
N. *Vt nominum, sic fata rerum.*
V. *Nunc ter io ter io triumphe.*
N. *Rex pulsus Anglis ante Valesius:*
Rex nunc repellit ecce Valesius:
Henricus Anglos. V. *Est nepos est*
Vltus auos, ter io triumphe,
N. *Medi feroces Ecbatana ob sua.*
V. *Angli minaces ob suo Risbana.*
N. *Sed capta Græcis illa, Gallis*
Viribus hæc. V. *Ter io triumphe.*
N. *Non iam Britannos ardua mœnia*
Seruant Caletûm. V. *Nunc ter io io.*
N. *Non æstuarij fossa clausi.*
V. *Nunc ter io, ter io triumphe.*
N. *Quá nuper Anglus oppida Gallica*
Trux aßilibat liberius vagans:
Hac aßili nunc Gallus Angla.
V. *Nunc ter io, ter io triumphe*
N. *Nunc præda prædo factus.* V. *io io.*
N. *Victúsque victor.* V, *Nunc ter io io,*
N. *Nunc prouocator prouocatur.*

V. *Nunc ter io, ter io triumphe.*
N. Henricus *author tam subiti boni,*
Qui Guisium cum fulminibus suis
Misit Caletes territurum
Igne suo. V. *Ter io triumphe.*
N. *Hispanus hostis non semel hunc ducem*
Sensit valentem. V. *Tunc ne Valentia est*
Cùm capta? N. *Et ad Rantina castra,*
Atque Mosellica. V. *Io triumphe.*
N. *Olim puellæ vis Lotharingicæ*
Pellebat Anglos (mira, sed acta res)
A Gallia: nunc Gallia Anglos
Vis iterum Lotharinga pellit.
V. *Fatale quoddam ius Lotharingæ est*
Gallos ab armis asserere Anglicis
Quondam puellari, virili
Marte recens: ter io triumphe.
N. *Rex, an ne dux est ipse beatior*
V. Ambo *beati, Rex duce, Rege dux.*
N. Ambobus *ergo ambo canamus:*
V. N. *Nunc ter io, ter io duobus.*

G.I. *At non eras id pollicitus tuæ:*
G.II. *Non, sed ſubactæ iura Lutetiæ,*
G.I *Et ſceptra regni Gallicani:*
G.II. *Pollicitis leue pondus amplis.*

DE REGE HENRICO in equo veredo ad Caletes vecto, Duo Viatores.

V.I. *Quem tam citato fert leuis impetu*
Sublimem in auras Perſea Pegaſus?
V.II. *Henricus eſt, quem fert volātē*
Nunc equus ad domitos Caletes.
V.I. *Nūquid reſectæ Gorgonis in manu*
Colla, & cruentas exuuias quatit?
V.II. *Non colla, ſed raptum Meduſæ*
Ille quatit ſpolium Britannæ.
V.I. *Quis iunctus illi purpureo volat*
Fulgens galero, & purpurea ſtola?
V.II. *Non tu ſacrum noſcis galerum*
Mercurij, ſimilſéque vultus?
V.I. *Num Perſeo iſte Mercurius dedit*
Falcatum & enſem, & verba ſalubria
V.II. *Quidni? dedit ſed fratris enſem*
Ipſe ſuos monitus ſa lubres

Valles: vt horrendam propinqui
Diluuiem trepident coloni.
Vnis beata ô Gallia sed nouis
Esses opimis: sed cumulat Deus
Pæane Pæanem, rependens
Damna lucris tua fœneratis.
Hic expiabit annus (vt incipit)
Anni prioris dedecus: accipe
O Gallia omen: sed deûm quis
Vestra trophæa Duces ligauit;
Idémne qui vos antè ligauerat
Connubiorum nexibus aureis,
Nunc ferrei iunctos triumphi
Infragili religat catena?
Tam fortequæ vis soluere vinculum
Poßit? quis illud diruere impetus?
Est magna vis affinitatis,
Maior erit socii trophæi.

Communíſque ſuper clade periculi
In commune iubens ſubſidium dare,
Sic ipſe in mediis ora reſoluere,
Sacris vocibus orſus eſt.
Res magna, ô Proceres, nũc agitur, ſal⁹
Omnis veſtra meis nixa palatiis,
Quæ læſa à ſubita conſcitis face:
Nam quæ veſtra Dei ſalus,
Si ſeruantia vos tecta Iouis ruant?
Vos ergo in medium conſulite, & meis
Veſtriſque exitium pellite ſedibus
Pro ſe quiſque fideliter.
Certè ſumma fides ac pietas mea
In vos ſemper erit: huius & obſidem
(Si fas dicere, ſed fas mihi) filium
Do communiter omnibus.
Dixit, nec mora Dii verba Iouis ſuis
Excepêre ſonis: prima Iouis fides
Hermes, purpureis cinctus honoribus
His Regem reſecutus eſt.
Quis non de ſuperis tã placido & bono
Regi præſtiterit, quam meruit fidem
Tot tantiſque ſuus ille laboribus
In communis opes boni?
Cuius primus honor, quòd reuerentia
Diis tẽpliſque deûm ſalua ſua eſt adhuc
Contra barbara tot monſtra Gigantiũ
Cœlo bella minantium.

Cœlo bella minantium.
Alter proximus illi hic Iouis est honor,
Non siuisse rudi secla silentio
Torpere, & variis artibus ac sonis
Instruxisse hominum genus.
Et nunc quanta animi sollicitudine
Coniunctum superúmque atque hominum decus
Incumbit reparare, ignibus impiis
Tentatas superas domos?
(Sed quò iam vlterius, quò ruis ô procax
Musa augusta deûm consiliantium
Paruis dicta modis attenuare? age
Adduc interius rotas.)
Hæc Hermes superûm digna fauoribus
Diuina ambrosio gutture fuderat
Verba, & quicquid opum diuitibus latet
Templorum penetralibus,
Offert ad reparanda vsta palatia:
Pubis robora Mars, gnauáque brachia
Fabrorum: alma catas artificum Themis
Mentes: æquoreus deus
Largam materiam, marmor, ebur, rubro
E ponto lapides, quicquid ab vltimis
Terris turba refert alta secantium
In vastis onerariis.
Laudatis pariter vox Iouis omnibus,
Conuentúmque, Deûm vnáque silentium
Soluit

Soluit: cuncta fremit murmure plausuũ
Intus Regia Cœlitum.

AD MARGARIM VALESIAM REGIS SOROREM.

De Guiniana arce recens capta.

Quis tot recentes sufficiat tui
Fratris triumphos Margari dicere?
Non fessus ille hostes domando:
Fessus ego domitos canendo.
Capti Caletes, captáque Risbana,
Et capta nunc arx Guinia, & altero
Alter super rumore rumor
Lætus ouans venit à Britannis.
Sed Guinii nunc præcipuus labor,
Cantu canendus præcipuo mihi est,
Absente quo de Rege curas
Sollicitæ minuam sororis.
Absens receptas ille Caleticas
Turres recenset, templa, vias, domos:
Absens recognoscit suorum
Vulnera, facta, trophæa, prædas.
Hostes Britannos vrbis agens pudor
Gallis receptæ post duo secula,
Pro Guinianis præliari
Mœnibus acriùs incitabat,

Multi furebant intus Iberici,
Fortésque, forti cum duce, milites:
Gallos & vrgebant Britannæ
Durius integra signa fessos.
Sed Rege viso, castra recentia
Pugnare credas: tam celeri impetu
Intratur arx tum Guiniana
Vi, sine conditione, capta
At dederes te (si saperes satis)
Sicut Caletes, Guinie: & à Duce
Mox impetrares tam benigno,
Nec rigidos caderes in enses.
„*Punire quos vult pro meritis Deus,*
„*His mentis aufert consilium bonæ.*
Cæsi rebelles: nunc superbæ
Pœna alias monet vrbis vrbes.



IO. AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij Odarum

LIB. 2.

De Poetis & principibus victoribus Poëtas amantibus,

Ad

Carolum Lotharingum Cardinalem,

Carmen Pindaricum.

STROPHE I.

Prisci, Lotharinge, Poëtæ
Quos coronatos comam
Simplici lauro, nec auro,
Duxerant antra in sua Pierides,
Nouerant solos amores
Ad calamos modulari,
Si qua puella decens, aut si qua nympha
Dulce florentis iuuentæ ver agebat.

ANTIST. I.

Fului nec enim nitor auri
Rusticis adhuc erat
Cognitus Musis: nec vllus
Rex amandis carminibus pretium
Dixerat: testudinem nec

Aurea sceptra ferunt nostri potentes
In manu Reges, & aureas coronas.

EPGD II.

Qualis er t Siculus
Rex, aut Hiero, aut Polybul⁹ frater, aut
Tu Trhasybule, Gelónque, clara proles
Illius potentis omneis
Et velut dulces quadrigæ Dinomenis:
Qui tenebant sub ditione sua
Regna totidem fœderata.

STROPH. III.

Nam Græcia tempore quodam
Diues armis & viris,
Et triumphis ac trophæis,
Atque partis cuspide manubiis
Clara florebat, beatam
Sed stolidam populata
,,*Barbariem: nec enim sat tuta lanæ*
,,*Pellis aureæ carens cauto dracone.*

ANTISTRO. III.

Sic *Persia præda dolosæ*
Facta quondam Græciæ,
Victa victores beauit:
At *coronæ sceptráque frondea mox*
Sorduerunt atque cæptæ
In phaleràsque rotásque
Persides Argolicas *frangi tiaræ,*
Et comæ gẽmis manúsque illuminari.

EPOD. III.

Nec mora, cùm ſtudiis
Plebs arſit equûmque, virûmque, qui ſacris
Pulueruleuta nouarent ritè ludis
Luſtra: feruidíſque cautè
Flecterent metam quadrigis axifragã
Hîc videres omnia diuitiis,
Omnia corruſcare gemmis.

STROPH. IIII.

Conferta coibat ad illa
Græca gens ſpectacula,
Párſque maior Barbarorum
Solis ex ipſis propè carceribus
Vſque, concurrénſque metis:
Cerneret vt decorata
Curricula atque rotas fuluis Pyropis,
Et virentibus Smaragdis & Topais

ANTISTRG. IIII.

Sed non opulentior vlla
Viſa equum ſolennibus
Pompa ludis: quàm potentes,
Quas Tyranni ducere ſunt ſoliti
Inſulæ reges Triquetræ:
Nec domus vlla coronas
Tot vel Olympiacas, vel tot Nemeas,
Pythiáſue, aut Iſthmias ſortita plures.

EPOD. IIII.

Gloria ſed fragilis

In frondibus arboreis est: & nocet
Dente suo caries longæua signis
Aureis argenteisque:
Nec vigeret viua virtus laúsque virũ,
Qui feribant sidera verticibus
Diis paria quondam per acta:

STROPH. V.

Ni prouida cura potentum
Diutúmque Principum
Id timens, fabros vocasset
Qui perennes arte sua statuas
E laborarent, Eposque
Perpetuum, numerósque . . .
Ad citharam modulandos. tunc Poetæ
Rure regales in aulas demigrare

ANTISRO. V.

Iussi, manibus repulerunt
Stridulas arundines:
Vt Minerua cùm foratam
Tibiam, deformiter os tumidum
Et genas diuaricantem,
Cerneret amnis in vnda,
Se velut in speculo spectans in illa,
Fertur abiecisse fractam: sic & ipsi

EPOD, V.

Ligna paludigena.
Cera pariter, serie sed dispari,
Ritè ligata relinquunt: gemmeásque

Ad lyras teſtudinéſque
Admouentes dædaleos articulos,
E cauerna ſculptilis aut eboris.
Aut tenuè clangentis auri,

STROFH. VI.

Auro ſimiles modulatus,
Ediderunt:atque ita
Maſculo ſunt cœpta cantu
Inclytorum fortia facta cani:
Principum ſimúlque Regum;
Poſthabita pecoroſi
Delitiis Galatea Tityrilli:
Pallas & Pali,palatia alta ſyluis

ANTISTRO. VI.

Prælata,iugóque bicorni,
Nam ſues Bœotias
Pauerat qui ſub vetuſtis
Paſtor olim Pindarus ilicibus:
Aureo tunc cœpit arcu
Eminus iaculari
Tela volantia,ceu canos olores,
Quæ ſacros Reges tulerunt aſtra ſupra,

EPOD. VI.

Præcipuè Siculos:
Quos Iuppiter vt genuit,ſic editi
Regibus ex atauis horum nepotes
Principes,armis & ipſi
Nobiles,ſuóque digni genere.

Sicut & nunc gens Lotharinga probat
Se Siciliæ Rege natam.
Charos pia quæ sibi Gallos
Mente tutans & manu,
Vt suæ testes Poëtas
Laudis ornet Regia dextra facit:
Vnde sese aurata plectra,
Aurea fila chelynque
Noster habere superbit nunc Apollo,
Hos habet dulces apud Regē patronos.

Antistro. VII.

Se, qui volet, esse creatum
Optet illo sæculo,
Falcifer quo Rex egenos
Temperabat atque rudes populos:
Me iuuat nunc esse natum,
Cùm decorata nitensque
Diuitiis & honore docta Clio.
Exuit turpem sitùs prisci veternum,

Epod. VII.

"*Dos alit ingenium,*
"*Augétque bonas honor artes: sūt vbi*
"*Præmia digna, grauis pondus laboris*
"*Quæ leuent. nam lassat aruum*
"*Pingue, sed fessos iuuāt frumēta boues:*
"*Mellis instar, tristis amaritiem*
"*Pabula minuunt aratri.*

STROPH. VIII.

,,Certè propè manca sit omnis
,,Vis virorum fortium:
,,Ni sit vnde bellicoso
,, Comparentur arma manúsque virum
,,Imperatori Ducíque.
Tempore sicut & illo,
Quo sibi Guisiades tantum suisque
Dux parauit nominis, tantúque famæ,

ANTISTRO. VIII.

Virtute quidem duce, verùm
Cui comes, Fortuna, tu:
Meta nam Metensibus
Ille terris firma tenaxque manens,
Transitum præclusit hòsti
Gallica tecta minanti
Ignibus atque globis raptim rotatis
Fulminis sese modo mox diruturum:

Epod. VIII.

Sed minuit rabiem
Hostis gemina stimulati Erinnyde,
Bile pudoréque tabendi pruinis
Ante murorum moras, Dux
Vrbis obsessæ fidele præsidium
Atque *custos, Guisius ille vigil*
Consilia fraudésque tectas

Stroph. IX.

Vulpis vetulæ speculari:

Non minus quàm ſtrenuus
Ire cominus periclis,
Cùm vocarent horrida ſigna tubæ.
Nec pauere ſibilatus
Hinc ſimul hincque per aures,
Et caua tempora raptim tranſmeantũ
Plumbearum glandium, & ferri volucris.

Antiſtroph. IX.

Ergo domus illa beata
Semper eſt, ſemper fuit,
Quæ viros ſortita tales,
Támque forti pectore conſpicuos,
Tam ſimul largis abundat
Diuitiis proauitis:
Iuncta quibus faciles occaſiones
Gloriæ virtus habet ſibi parandæ.

EPOD. IX.

Sæpe ſuis opibus
Gens auxit opes Iotharinga Gallicas:
Non ego ficta, nec inteſtata canto:
Teſtis eſt amnis Moſellæ,
Altera Rhenúſque ripa potus equis
Gallicis, ô Carole docte, tua
Non ſine toga, & fratris armis.

Stroph. X.

At nuper item ſua fratrem
Quó tulit virtus tuum,
Gallicæ robur iuuentæ

Montium per nubiferos apices
Transferentem? qualis olim
Annibal acer aceto
Ignéque sulfureo domare saxa:
Quà truces Vestæ focis inferret Afros.

Antistro. x.

Dispar modò causáque dúxque
Perforandarum Alpium.
Infideles tunc Iberi,
Infideli sub duce, Romulea
Templa, Tarpeias & arces
Diruere igne manúque
Per rabiē indomitam stulti parabant:
Sed sua in contrarium spes vertit ipsis.

Epod. x.

At Lotharingus agens
Agmen iuuenum (pia castra) principū,
Ibat vt horribiles arceret ignes
A Quirini mœnibus: quæ,
Turca tū tanquā prophanus, hostis Iber
Trux furebat sternere fracta solo.
Ominā Deo non probante.

Stroph. xI.

Iam tela retorta volabant
In manus quæ torserant:
Vt Gigantes cùm sepulti
Sub ruinis procubuere suæ
Molis affectantis astra

Scandere more nefando:
Nam genus est hominum sensu carentum,
Qui nefas pugnare diis non esse ducunt.

Antist. XI.

Quæ quantáque Tibri videres
Impiorum funera?
Quot rotares non inanes
Sub cruentis vorticibus galeas?
Quas resectâ fronte plenas
Guisiaci furor ensis
Demeteret, dominis raptásque truncis
Fluctibus mandaret Hetruscis ferẽdas.

Epod. XI.

Sed properauit Iber
(Tandem sua per mala vir stultus sapit)
Sancire fidem populo cum Romuli,
Et pedem referre Roma,
Te timens, Henrice, cuius Guisiades
In Latinos pro Latio populos
Signa cruce portabat alba.

Stroph. XII.

Annibal alter iens tum
Fregit Alpes Guisius:
Pace Romanis sed acta,
Dum rediret, cautus erat Fabius
A dolis Florentianis
Agmina salua tueri,

Atque tuis ô Ibere fraudulente,
Punica cui vetus est fides in armis.

Antistro. XII.

Contra tua vota minásque
Guisius reuersus est
Et reuersus est vocatus,
Vt Britannas pelleret hinc pharetras:
Sic & à Roma retractus
Annibal, vt patriæ vrbi
Subsidium, sed inane ferret: ast hic
Ancora sacra suis Gallis refulsit.

Epod. XII.

Gallia iam penitus
Flammis & erat populanda cædibus,
Clade tot antè virûm Gallis Ducũque
Accepta, & inflatis secundo
Prælio, vrbis atque direptæ spolio
Hostibus: cùm grata superueniens
Guisias hasta, sua vmbra terret Anglos

Stroph. XIII.

Vt, cùm lepores capræque
Agmine lasciuiunt
Ludibundo per patentis
Æquor arui, vere nitente nouo,
Si quà visa transvolantis
Vulturis accipitrísve,
Quæ citò pingat agros, nigrans imago:
Terror imbelles feras in antra cogit.

Antistro.. XIII.

Sic territa tum reuocauit
Guisio viso gradum
Vis Ibera, vis & Angla:
Séque clausos continuere suis
Mœnibus, qui nuper vltrò in
Mœnia nostra ruebant.
Hos tamen arce Caletũ, apes vt alueis,
Guisius eruit igne, acríque fumo.

Epod. XIII.

Nec remota virum est
Naturs, nec ars loci inexpugnabilis:
Improba non hyemis bacchantis ira.
Spreuit Iccii pruinas,
Alpium qui iam niues non horruerat.
Vndecim quæ mensibus vrbs fuerat
Capta, totidem nunc diebus

Stroph. XIIII.

Est marte recepta volucri
Regis, & gnaui Ducis
Regis Henrici, Ducisque
Guisiani: quorum ego sæpe libens
Iuncta cantabo trophæa.
Sæpe Ioui suus est Mars
Dulciter associatus à Camoenis,
Ille fulminum vi victor, hic sed hasta.

ΕΙΣ ΥΜΝΟΥΣ ΡΩΝΣΑΡΔΟΥ σαπφικά.

Ἰωάννου Αὐράτου πρὸς ὅδητον κασιλιονέα.

ΕΙΣ νέους ὕμνους, νέον ὕμνον ἄδω,
Χεῖργε τὴν χεῖρ'· ὡς φθονερῶν ἐρεῖ τις
Ἀνέρων ἴσως· ἀπόδα πούς τε νίπτων
Ἀλλ' ὅτι θυμῷ·
Οἱ φίλον φάσθω κατ' ἐμοῦ φθόνος, καὶ
Φὰς ἔπειθ' ὡς ἄξιος ἐκεραγεῖν.
Σοὶ δ' ἔγωγ' ἔμπης, σὺ δ' ἐμοὶ φιλοῦντι
Φίλτατος εἴης.
Ὡς κόραξ γάρ που κορακός τις ἐχθροῦ
Ἐχθρὸς ὢν τίλλει πτέρ' ἄκοσμα κρώζων·
Ὣ δὲ καὶ τέττιγί τις ὢν τέττιξ
Οὐ πεφίληκε.
Ἔστι κἀοιδὸς τις ἀνὴρ ἀοιδῷ
Ἀνδρὶ φίλτρον τὸ γλυκὺ καὶ ἄλλα περ ὠνά
Φίλτατ' οὐδ' ὡς τέκτονι πᾶς ὁ τέκτων
Ἐν φρεσὶ πέλει.
Τὸν φθόνον, κἂν τοῖσι σοφοῖς πέφυκε
Ταὐτὸ τἀχρεῖον πάθος ἐντακῆναι
Πολλὰ δὲ ψεύδονται ὅμως ἅπαντες
Ἄνδρες ἀοιδοί.
Ὦ φίλη Μοῦσ', ἀλλὰ σὺ νῦν ἔλεγξον.

Ψεῦδος ἀσκραῖον. δὸς ἐμοὶ δὲ καλὰ
Αἰὲν αὐτὸν μέν γε ποιεῖν, ἀοιδοπόλων δ'
    Ἀμφὶ καλ' εἰπεῖν.
Οἷον ὁ Ῥωνσαρδος ὁ Θρᾷξ ἅτ' ὀρφεὺς
Τὰς πέτρας ἕλκων ποτε καὶ τὰ δένδρα
Ὧν μελῶν κηληδόσι, καὐτὸς ἕλκει
    Οὔατα κελτῶν.
Νῦν δὲ καὐτὴν φύσιν οἷα μέλπειν
Ἄρχεται, τάτ' ἐκ φύσεως ἅπαντα,
Τοὺς θεούς, τοὺς δαίμονας, οὐρανόν, γῆν,
    Καὶ τὰ μετ' ἀμφοῖν,
Καὶ βίον καὶ τὸν θάνατον, δίκην τε
Τοῦ Διὸς τὴν πρεσβυτάτην θύγατρα,
Χρυσὸν αὐτόν, μυρία θ' ὅσα τἆλλα
    Λυγρὰ καὶ ἐσθλά.
Σὺν γὰρ ἀεὶ κίρναται ἐσθλὰ λυγροῖς
Ζεὺς παρ' ἀνθρώποις, ὁ σοφὸς δὲ καὶ τὰ
Καὶ τὰ γινώσκει, διὰ δ' ἐσθλὰ κείνας
    Θάτερα φεύγει.
Ὧν χάρις πολλὴ μὲν ὀφείλεθ' ὕμνων
Τῷ γε ποιητῇ, μεγάλη δ' ὅδ' ἥτε
Μουσάναξ καὶ σοί· σὺ γὰρ εἶ πατὴρ ὡς
    Ἐσθλὸς ἀοιδοῖς.
Ἀξίοις δῶρ' ἄξια δοὺς τε τιμὴν
Αὐτός, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλα πλείω
Προξένων δοῦναι βασιλῆ' ἄριστον
    Ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ.
Φασὶ δ' ἀνδρῶν οἱ σοφίᾳ κράτιστοι,
Ὡς τεχνῶν θρέπτειρα πέφυκε τιμή.
Ἐκ Διὸς δ', ὡς τοῖς βασιλεῦσι τιμαί,
    Κἀκ βασιλήων

Τοῖς σοφοῖς Μουσῶν θεράπουσι, φήμης
Τοῖς σφέων κηρύκεσιν ὀξυφώνοις
Οὖσι, καὶ τὴν ὧν ἀρεταῖς διδοῦσιν
Ἦμαρ ἄπειρον.
Οὐ μόνοις δ' αὖ τοῖς βασιλεῦσιν αἰὼν
Ἔχει Μουσάων ἀπέραντος ἕρπει·
Ἀλλὰ καὶ τοῖς προξενέουσιν αὐτάς.
Τοῖς βασιλεῦσιν.

AD AMPLISS VIRVM PHILIPPVM HVRALTVM CHEVERNIM Regis Poloniæ à sacris consiliis Supremum.

Ode.

VT læta miscens gaudia luctibus
Diuersa in vnum pocula temperat
Diuina mortales potestas
Res moderans vitæ destinata!
Plausus eodem tempore Gallia,
Tristesque luctus edere cogitur
Gaudens Poloni sorte regis,
Moesta dolens eadem recessit:
Nullus sed eius damna dolentiùs
Fert quàm tu euntis fide Cheuernie:
Non huic ad Arctō, verū ab Arcto
Oppositam comes ire certus
Absentis hic in summa negotia
Huralte, curæ credita nunc tuæ
Te detinerent, & catenis
Mille tuos abitus ligarent.
Quas inter omnes cura nec vltima
Mandata fertur hæc tibi, ne locus
Ne sumptus aut doctor Polonis
Desit in artibus educandis,
Occultum agit quos nescio quod loci
Numen relicta currere patria,

Vt sicut hinc reges, & artes.
Regibus hinc repetant decoras:
Rerum creari prouida scilicet
Natura non vult omnia in omnibus
Nasci locis: commercia vt per
Mutua gens societur omnis.
Fortes Polonum fert equites solum
Et fert equorum plurima millia
Sed fortium regum, ducúmque
Gallica terra ferax habetur.
Aptas tabellis fert apibus frequens
Terra illa ceras: sed sua cereas
Gallis abundans est per artem
Apta manus tabulas arare.
Alternat istas cura Dei vices
Gentes egestas misceat vt sua,
Vt nuper extremi Polonij
Gallica cùm petiêre regna.
De stripe regem Carolea sibi
Henricum amica poscere Gallia:
Cui quicquid est in rege voti
Prodigua sors dedit ante tempus,
Qui natus alto sanguine Caroli
Dux inter arma est à puerilibus
Nutritus annis térque victor
Pene puer rediens ouauit
Non absque diuum numine, non sine
Et Villoclaro, & Carnauenoio,


Fidòque consultore te dum
Consiliis tener indigebat.
Tu nunc & idem tu quoque nũc mone
Quamuis adultum & consilii satis
In sese habentem ad summa curtum
Culmina *seruet vt institutum.*
Seruans honesta, fœda fugans procul
Parcens *modestis, asper in improbas*
Artes: fouens ne gens sit vlla
Gente *sua magis erudita,*
Ad *quam docendã nam facilis bonæ vt*
Cultura terræ sic boni & ingenii.
Hinc *mille doctos ducat, illuc*
Mittat & huc totidem docendos.
Non certe ego annis non ego viribus
Parcam, pigebit pulpita Regia
Nec publicè rursus legentem
Scandere me, & iuuenum laborem
Tentare: sunt & nunc animi mihi;
Neruique tantum Regis age vt fauor,
Ne desit Huralte, *& tuorum*
Copia sit facilis librorum:
Quos mille Græcos mille & Hebraîcos,
Et tunc Latinos, tunc patrios tua
Sacro vetustatis verendos
Numine Bibliotheca seruat.

IN IVSTI LIPSII SATVRNALIA AD DOMINVM BONVM Broæum Regiarum inquisitionum Præsidem.



Aturnalia, quos dies vetustus
Dixit Bilbilitanus ille vates
Festiuißimus, optimos dierum
Veris nomine rebus approbato:
Non seruis quia cuncta tunc licerent:
Non festæ quia tunc dapes vrgerent:
Saturnalibus optimis dierum:
Sed docti quia sacra conuocaret,
Tunc ad vina, suo lepore docto
Saturnalia vina condiebant.
Quales Macrobius pereruditos
Festiuósque libros vocauit olim
Saturnalia. Nunc sequutus illum
Iustus Lipsius, vsus est eodem
Vt re, sic titulo dato libellis:
Quos scripsit lepidos & eruditos.
Hinc festum (nisi fallor) illud ipsum
Olim dicitur optimus dierum.
Quem, Broæe, tibi optimo forenses
Inter præsidi, & artium optimarum,
Quarum perstudiosus es patrono
Vltro Bibliopola dedicauit

Gulielmus Linnocerius benigno
Vt patrocinio tuo fruantur,
Præses, qui optimus optimi dierum,
IVSTI *scripta viro tuenda iusto.*





IO. AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij Epithalamiorum.

LIB. I.

IN NVPTIAS ILLVTRIVM PINCIPVM HENRICI LOTARENVI, Et Catharinæ Cleuensis Carmen I.



ætum canamus iam bis Hymen, Hymen:
Cum Lotareno Cleuia iungitur.
Faustum bis omen nuptiarum
Est numerus, bis Hymen canamus.
Henricus illinc Guisius ille Dux,
Huic sponsa Cleuis ducitur edita
Ex liliorum stirpe, vterque
Stirpis amica suæ propago.
Antiqua vitis palmitibus nouis
Gaudet vetustæ matris amantibus,
Stirps prisca gaudet liliorum
Principibus tibi procreatis.

Vt Rheo quondam falcifer, & senex
Hæc mater, ille genitor deûm
Natos, nurus, neptes, nepotes
Non sine lætitia videbant,
Sic Rex Ioannes tot ducibus pater,
Vxórque gaudent stirpe sua satis,
Sic & Rhenatus, sic Philippus
Gaudet auus serie nepotũm.
Sic Carolus Rex principibus sua
Gaudet creatis iam tot origine:
Nec tunc Deûm nec vana Regum
Gaudia coniugium probantum.
Dii quod sereno lumine comprobant
Solemne pactũ pondus habet suum
Quæ Réxque regalísque cœtus
Principibus, Ducibúsque densus
Festo celebrant fœdera gaudio
Hæc facta Diis, hæc grata parẽtibus
Natósque natorúmque natos
Progenerant similes auorum.

Carmen 2.

VT Post viarum tædia Iuppiter
Phœnici Cadmo Martigenã nurũ
Toto dedit Cœlo fauente,
Aspicibus superis, & imis.

Sic post laborum pulchra pericula,
Quos ante tempus pro patria tulit,
Dux ducit Heben Cleuiensem
Guisius auspiciis secundis.
Cadmi frequentes coniugium nouem
Ornasse musas carminibus ferunt,
Insigne carmen concinentes
,,*Quod decet, omnibus est amandū.*
Verbis camœnæ nunc totidem sonent.
Hoc dulce carmē: quo decor omnib⁹
Virtúsque commendatur æquè,
Cui nihil est homini decorum.
Nil est decenti fronte decentius,
Nil est honesto pectore honestius,
Hoc est vtrunque Guisianum,
Hoc est vtrunque Niuernianum.
Non alter illo pulchrior est duce,
Non alter illo plus & amabilis,
Vt matris os, sic facta patris
Pulchra refert, & amanda cunctis:
Non altera illa Principe pulchrior,
Non altera illa plus & amabilis
Vt *patris os: sic & parentum*
Sancta refert pietate corda.
Par ecce virtus cum pare iungitur,
Par forma vultus, nobilitásque par,
Non est vt & par liberorum
Non sua sit paribus propago.

Carmen. 3.

Vt pro peractis antè laboribus
Iunonis Heben impiger Hercules
Summo deûm duxit fauore,
Festa polo celebrante toto.
Sic præliorum mille periculis
Pro sæpe factis, Cleuia Guisio,
Plaudente, nubit, Regis aula,
Qua neque Diis Iouis aula maior.
Est hic Iouis, qui regis olympici.
Rex summus instar Carolus enitet,
Qualis renidet cùm remoto
Fulmine Iuppiter os serenat.
Fatrésque fratrum ceu Iouis æmuli
Adstant sedentes à Ioue proximi
Henricus hinc, Neptunus alter.
Ditis habens minor alter ora.
Est parua Iuno Margaris vnica,
Quæ iunioris ad thalamos Iouis
Seruata, læto crescit auctu
Palma velut, vel oliua Cynthi
Est hic & ipsa magna Deum parens:
Festis vt olim cum Megalesiis
Fessos iugales axe soluit,
Sacra colens sua Dyndimene.
Est hic Deorum, & semideum chorus
Est & Dearum pompa decentior,
Quos intuens posšis putare

Aut Veneres totidem aut Dianas.
Omnes ſed inter Guiſius Hercules
Cum Cleuia Hebe conſpicuus nitet,
Nec ſacra deſunt, quæ miniſtret.

Carmen. 4.

VRſæ minoris ſydus vt emicat,
Maioris vrſæ non procul eſt nitor
Dux nunc minorem ducit vrſam,
Vrſa venit ſua magna Regi.
Cleuis vt iſta ducit originem
Germanicorum parte penatium,
Germaniam ſic ipſa tota
Elizabeta trahit ſequentem,
Magno paratu, maxima principum,
Auguſta ſacri filia Cæſaris:
Præludium ſed ſunt minora
Feſta Ducum ad ſacra magna Regis.
Sic antequam Rex ille ſalutifer
Ortus ſtupendos proderet ante ſe,
Præmiſit infantem minorem,
Signa ſcari manifeſta partus:
Tu nunc beatus, tu ter ab omine
Tali maritus, terque beata tu
Es ſponſa, præſultor futuræ
Poſtmodo Regis. vterque pompæ

Sol ille magni maximus est poli
In luce plena: vos quasi sydera
In nocte sublustri minora,
Dum redeat noua lux micatis.
Vos estis ambo dulce crepusculum,
Quod solis ortus anteit aurei:
Gratum viator leuamen,
Dum rediens micet ipse Phœbus.
Nunc tota vestro sydere Gallia
Exultat, vt cùm lucifer exerit
Os superundiás, spe propinqui
Solis ouant per opaca gentes.

Epithalamium Ducis Anguiani.

FEsta Thalia veni, tua sunt hæc tempora festa,
Læta dies agitur, læti est nunc carminis vsus,
Lætus adest sponsus, nec tristis sponsa sequetur,
Tristititiam simulat premit altum corde triumphum.
Ter repetamus hymen, ter hymen hymenæe canamus.
Vicit amica fides, animi concordia vicit,
Par amor, atque genus geminos coniunxit, amantes
Pacta peracta, etiam iam conuenere propinqui
Borbonii cum Borboniis, par cum pare nomen.

Ter repetamus hymẽ, ter hymen hymenææ canamus
Borbonides heros cum Borbonida heroina
Iungitur , & duplici domus vna superbit honore,
Quæ sua tam lætus diduxit brachia ramis,
Rursus vt inter se sua se per vincula iungant.
Ter repetamus hymen &c.
Iungite vincla thori socii, iungantur amores
Danguiani sponsi tecum ô desponsa Maria,
Nec quia bella vigent ideo minus inter & ipsos
Pacis amatores pax vsque domestica duret.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c,

Bella foris vigeant, pax ipsa domestica duret,
Exterior nostris pugnet sine finibus hostis
Internis sua per iungantur fœdera dextræ,
Huic tua sponse manus, manus illinc at tua virgo.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
Magnus adest author, qui talia fædera sanxit
Non alienus auis, Rex à sponsalibus ipse est
Sanguine qui iunctus , coniunctam sanguine nympham
Cum sibi coniuncto sponso Rex ipse maritat.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.

Ecce triumphat amor de virgine, déque marito.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
Fœlix nupta viro, fœlix vir tu quoque nuptæ,
Non magis illustres cœpit thorus vllus amantes,
Splẽdor vtrinque idem, princeps in vtroque parẽte,
Princeps ex vtroque parente creanda propago.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
Regalis soboles regali nubit in Aula,
Regalis pompa est, Regalis & agminis ordo,
Omnia principibus Regis sunt plena propinquis
Omnia Regifico splendéntque palatia luxu.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
Narratur Cadmi, narrantur Peleos olim
Concelebrasse thoros diuíque deique frequentes
Borbonii herois, & Borboniæ Heroinæ
Concelebrat thalamos cælo par aula, deisque.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
Hic quoque Iuppiter est, posito qui fulmine belli
Ad choreas hilares animum, vultúmque remisit
Sed quamuis multum de grauitate remisit
Ipse sua tamen apparet grauitas Ioue digna.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
Hic sua Iuno Ioui, sed non soror eius, at vxor,
Hic sua Pallas adest, non filia sed soror vna
Aequa pudicitia tibi, Pallas & artibus æqua
Seu quid pingat acu, sed pingat numine pennæ.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.

Iupiter hoc minor est maior sed Iuppiter alter,
RéxqueNauarra tuus,minor huic sors vt tibiPluto
Diues opum tamen est.sequitur Condæus & illum
Frater,Nam fratres communia fratris honestant.
Ter repetamus hymen,ter hymen.&c.
Sunt hic purpurei proceres totidem quasi Phœbi,
Qui velut Eeo pallatia flaua rubore
Suauiter irradiant: vt si quæ misceat aurum
Purpureis gemmis aut purpura mista sit auro.
Ter repetamus hymen,ter hymen.&c.
Hic tu (o sol clarus naturæ)nomine verso
Ductus ades,Lothareno Carole sanguine clare,
Clarior ingenio,sed lumine quæ tibi tota
Gallia nostra micat solari, vt lumine cælum.
Ter repetamus hymen,ter hymen. &c.
Hinc frater comes,& consanguinitate propinquus
Carolus,alter honos tecum rex clare Nauarræ,
Alter amor fraternus in oraVindocinensi
Altera Borboniæ clarissima gloria gentis.
Ter repetamus hymen ter hymen. &c.
Quartus ab his sequitur lux Castalionis Odetus
Clarus Odetus auis & clarior oris ad omnes
Comis & accessu facilis splendore,sed erga
Doctos precipuè,quos præcipuè colit vnus.
Ter repetamus hymen ter hymen.&c.
Inter tot soles quidni miscer vna,Diana
Vna Dianæ Ioui merito charissima semper,
Vna nitens stellas inter seu luna minores

Nunc auro fuluo candente alias argento
Ter repetamus hymen, ter hymen &c.
Mars quoque iã senior tamẽ asper & horrid⁹ hasta
Dum Ioue inctus adest, merito carißimus illi
Vnus & vnus enim sua dat secura regenda
Regna Ioui virtute olim nunc mente virili.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
Mars nouus alter abest Italis dum pro Ioue pugna
Guisius, hic sua sæua tonitrua, fulmina sæua
Iuppiter huic sua permisit, tonat ille quieto
NuncIoue, vt ignarè Brontes Ioue cùm intonat Aetham.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c
Et Neptunus abest, dum pro Ioue bella tridenti
Castilli oniades gerit, atque immania Cete
Ora, quibus nunc est infesta Picardia monstris,
Littore propulsat de Gallico adusque Britannum.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
At non paruus abest lusurus in æquore delphin
Olim nunc ludens inter nimphasque propinquas
Nayadúmque choros, dum tu Thetis altera nubis
Alter dum Tethidem ducis Nereida Peleus.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.
Non absunt reliqui regis de stirpe frequentes
Maiores quasi dii, non diuum turba minorum,
Magnus amor nymphæ, magnus ducentis & illam
Omne frequens cælum nostram migrauit in Aulã.
Ter repetamus hymen, ter hymen. &c.

Densus in angusta cœli consederat arce,
Si noua quæ terris humana negotia quærens
In cœtu tractanda Deûm, & Ioue præside digna
Et quia sæpe inter consulta grauissima diuûm
Non leuis est hominum super & connubia cura:
(Vnde homines nati, Diuû genus, vsque propagāt)
Nuper & illa frequens cœlo dum curia Diuum
Esset, & à cœlo nomen sortita genúsque
Vrania ante Deos thalami de Iure referret.
Non pudet (ô superi) dixit, duo clara parentum
Nomina nobilium de stirpe, domóque creata
Tam matura thoro, tam plenis viuida venis
Cessare? & nullos proauis dare iuncta nepotes?
A violis quorum dictus Violarius alter,
Nunc Vialarius est, voluit sic longa vetustas
Altera nomen idem, lingua sed non & eadem
Sorte tulit: Græca violæ si sunt IA voce,
Est quod Ioanne proprio de nomine nomen:
Dixerat, & superis ad dicta frementibus vltro
Iuppiter vt siquo firmet decreta secundo,
Impulit æthereas aquilam volitare per auras:
Auspice qua certa (neque enim Iouis irrita præpes)
Mox violæ viola, & flori flos iungitur alter,
Viuus vterque vigens, & suauis odoris vterque,
Et qui purpureo testetur vterque colore
Purpureos proauum trabeæ regalis honores.
Quod si parcarum sacra fas tabularia musis

voluere: musarum si prisa volumina vati:
Per certásque notas præsagia nosse futuri,
Nomina quæ versis faciunt veriusque notis an
Hi flores viui ex aquila non fiet inane
Vnde fides certa est, & non dubitabile verum,
Vos iam nascentes ad connubiale creatos
Fœdus, & à fatis ad mutua vincla paratos
Namque Deum nutu si dantur nomina natis
Et nascens moritur, finísque ab origine pendet,
Coniugiumque vocat finem diuinus Homerus,
Omnia pérque Deum sacra pérque oracula sũmi
Mors est coniugium nuptæ, moritúrque maritus,
Nubentum quia mors nascentum fertur origo.
Ceu veteri è ramo ramus nascatur, vt alter:
Surculus exoritur nouus, expellítque priorem,
Sed fœlix ô mors vestrûm prior illa parentum,
Tales & tantos vos progenitura nepotes,
Qualis Ioanna est qualis Violarius & tu
Hæc nurum flos, ille virûm, floréſque daturi,
Vnde genus vestrum per secula longa perennet.
Ergo fœlices in mutua vincla coite,
Alterius quod nomen & est, vertatur in omen
Amborum, fœlix per vt vnum fiat vterque,
Vnus coniugii cum foedere sitis vterque,
Et domus vna, thorus sit vtrique futurus & vnus
Vna fides amor vnus, & inuiolabile fœdus
Ambabus violis, ambobus floribus alter,

Quos Venus ante alios & flores diligit omnes,
Summittítque suo lætissima tempore verno,
Cum vernísque rosis texens ad tempora nectit
Ipsa Ioui placitura patri placitura marito.
Instituítque suos per tẽpora nectere flores,
Inter se vt placeant, qui se auspice cúmque maritant.
Floribus est vt honor per mutua vincula nexis,
Sic vobis decor est æuo florente iugatis.
Vt facit ad flores verni tepida aura fauoni,
Sic tepidi veris pueris facit hora creandis.
Ergo ambo iuuenes iuuenili flore vigẽtes
Nexibus alternis gnauam exercete iuuentam:
Et date maturos maturo tempore fœtus,
Qui similes patríque suæ simileśque parenti,
Ore pudicitiam monstrent vtriusque parentis,
Hic Vialariolus puer, hæc virgo Hennequilla.

FINIS.

IO. AVRATI POETÆ ET INTERPRETIS REGII

ECLOGARVM
LIBER PRIMVS.

1586.

Aa



IN NVPTIAS AVGVSTISSIMI CHRISTIANISSIMIQVE Gallorum Regis CAROLI NONI & Augustissimæ Piissimæque ELISABETÆ AVSTRIÆ Cæsaris filiæ.

Ecloga prima, siue Mopsus.

INTERLOQVVNTVR

Iolas Germanus, iuuenis ouium pastor,
Mopsus Gallus, senex bubulcus.

MOP. 
NDE mihi nouus huc olim non visus, Iolas?
Germani populi flos adtena flauus Iolas.
Aut quæ causa recens alieno sidere iussit
Sequanam adusque meum Rheno tuo ab vsque vel Istro
Difficiles tentare vias niuibúsque gelúque
Obsessas, iuga tot per cautibus aspera & amnes

Imbribus immensis (quibus hic exuberat annus
Assiduis) ripas supra, & vada nota ruentes?
IO. *Iusta viæ mihi causa vel asperior ter & vltra,*
Si nunc bruma foret pompas spectare paratas
(Rhenum vt adusque meum rumor tulit) ad noua Regis
Vestri Cæsareæ connubia & Elisabethæ.
Quin tu age dic potius quæ nunc tibi causa tacendi?
Insolitum tibi Mopse: senem quem ego iunior olim
Cantando memini longos consumere soles,
Et cantu montes, cantu nemora alta ciere,
Atque armenta boum tua carmina culta sequentum.
Namque (fatebor enim) Gallis in saltibus olim
Gallorum tu flos vatum vatisque vetusti
Diuini Mopsi non inficianda propago.
At nunc quis te Mopse lupus vidit prior, aut qui
Panicus inuasit stupor aut lymphaticus error?
Vt cùm cuncta suos gens Gallica læta per agros
Exultétque, vrbes plausúque nouo omnia latè
Rura, viæque fremant festæ ad spectacula pompæ:
Tu solus posita iaceas taciturnus auena.
MOP. *Mira quidẽ, sed vera subest mihi causa tacẽdi,*
Magni magna solent afferre silentia casus.
Qualis Hymen nouus hic quamuis mihi pluribus ante
Monstratus signis, & non sine numine visis,
Excedens tamen ille fidem, nam quis fore nuper
Crederet inter bella nouem bacchata per annos,
Inter classica tot, tormentorúmque fragores
Tam subitò tam læta Thalassia posse sonari,

Sed Deus ecce Deus spem, votáque nostra fefellit
Mille simul miscens læta & contraria lætis,
Bella simul pacésque, odia aspera, fœdera amica,
Bellorum strepitus Hymenæorúmque canores.
Hinc stupor iste nouus subiit mihi dulcis Iola,
Qui vocis præclusit iter, præclusit auenæ
IO. *At iam reddita vox tibi quòd sit gratulor & mi,*
Alternos possis vt mecum iungere versus
Nam quem me potius iuuet exaudire canentem,
Aut cui te potius iuuet alternare canenti,
Quàm mihi, qui Mopsi tollo super astra camœnam?
MOP. *Sed satura ecce domũ redigunt armenta bubulci,*
Déque via tu fessus: in hac licet ô bone mecum
Pernoctes casula, cras rursum altera canemus.

ECLOGA II.

Mopsus. Iolas.

MO. V*T senibus nox lõga insõnibus vsq; videtur?*
Nã mihi nox toto visa est hæc lõgior anno,
Quæ nunc sollicitum curis exercet, & acri
Me desiderio spectacula læta videndi.
Sed timui fessum placida fraudare quiete.
Iam tamen aura monet sub primum luminis ortum
Frigidior solito mordaci & frigore pungens
Surgere, & è stabulis mea castra & signa mouentem,
Hæc armenta boum stabulis educere prata
Ocyus ad vicina, vt & ocyus inde reducam,

Atque nouos vrbis poßim spectare triumphos
Eia age, si quis amor spectacula cernere Iola,
Tu tibi, dum redeo, breuis est via, discute somnum,
Qui te multus habet: dabitur cras hora quieti.
IO. *Quin tu age fac armenta vicarius vt puer Ægon*
Cum capris simul ipse suis agat. Otia Regum
Vrbibus otia sunt, atque omnibus otia pagis,
Et cessare senem fas est per festa bubulcum.
MO. *Fas cessare mihi Deus, hæc Deus otia fecit,*
Réxque Deo carus Rex CAROLVS *acer vt armis,*
Sic & pacis amans, pacísque salutifer autor?
IO. *Certa salus populis, quibus est Rex pacis amator,*
Certa salus populis, quibus est Regina futura.
Pacis ab auspicio Regi coniuncta marito.
MO. *Quis non & faustum & felix fore credat eorum*
Cunctis coniugium magnæ causámque salutis,
Quorum sorte SALVS *sit nomen & omen vtrique?*
Sórsne est illa tuo Regi, sors illáque nostræ
Reginæ? nam certa reor præsagia Regum
Insita nominibus, quorum diis maxima cura.
Idémque adeo audieram nouc te præsagia habere
Mopse, nec in vulgus temerè edere velle profanum,
Quæ mihi da (si fas) gustaui qui puer artem
Hanc diuinandi, iuuenísque magis magis illam
Amplexor, téque admiror qui tantus in arte,
Tam perfectus ea es, quàm non vetus ille Melampus,
Non Calchas, non Tiresias, nec auus tibi Mopse
Cui quantum Calchas grauidas suo vel caprifico

Cesset, auus tantum nunc cesserit ipse nepoti.
MO. *Audieras & fama fuit non nuntia falsi:*
Namque habeo super his thalamis præsagia mira,
Qui vatem laudat, vatis laudaberis ipse
Indignum quibus vt vulgus, sic dignus Iolas.
Nomen habet fatale salutis CAROLVS *omen*
Singula quod versis faciunt elementa figuris,
SOL CVI VERA SALVS, ET VER CVI
SOLA SALVS est.
Nomen habet fatale salutis & Elisabeta,
Nominis inuersis cuius scriptura figuris
Hac eadem facit arte BEATA SALVS ERIT EIA.
Eia inquam noua nupta BEATA SALVS ERIT EIA.
Sed tu age dic quis in hac doctor sibi contigit arte?
Quis docuit iuuenem non notas ire per artes,
Quarum ego vix senior, multóque labore reclusa
Antra vel inueni, vel primus aperta subiui?
Dic tu age dum vires recreo parua ipse quiete.
Apta quies fessis, senióque viæque labore.
Nam mihi longa via est, & longa peracta senectus.
IO. *Fabula longior est, tamen ordiar, ipse quiesce:*
Et mollis iuuat herba, iuuant & carmina lassos.

ECLOGA III.

Iolas. Mopsus.

IO. H*Inc propè iam media est nobis via: iãq; beatæ*
Virginis incipiũt procul altæ ad sydera turres

Apparere: viamne voravimus vsque canendo?
Nam mihi nulla viæ sunt tædia facta peractæ.
MO. *Corporis vsque grauem minuit mens læta laborē.*
Sed tu iam memori iam percipe, quæ petis, aure:
Namque indicta prius rerum mysteria prodam.
Vos procul hinc aures procul ô remouete profani.
Qui tibi simplicibus labor est in vocibus vnus,
Hoc ego nominibus iunctis, mistisque duobus,
Aut tribus, aut etiam (sicut modò) pluribus vtor:
Atque hinc elicio miracula maxima rerum.
Magnum opus, & summi summa cum laude laboris:
Quale quod hac sponsi, sponsæque vocabula constant.
CAROLVS *huic propriū, nomenque illi* ELISABETA.
AVSTRIA *huic nomen gentile,* VALESIVS *illi*
Nomen & augustum est, & sacrum nomen vtrumque,
CAROLVS ELISABETA, VALESIVS
AVSTIACA: *ambo*
Omen & efficiunt, quo non augustius vllum:
LILIA. CÆSAREA SVB CASTA,
AVREVS VT SOL.
IO. *Taléne carmen (ais) sub nomine vtroque latere,*
Regis, Reginæque, quibus sacra pompa parata est?
O manifesta fides superûm: Deus his deus olim
Autor erat thalamis, vt nunc probat exitus ingens.
MO. *Nunc manifesta fides: sed erit manifestior olim,*
Tum cùm (si nunquam fallunt oracula vatem)
Lilia, virginei decus immortale pudoris,
Lilia, de cœlo quæ detulit aliger alto,

Lilia, quæ nostri gestant insignia Reges:
Cæsareæ stirpis feliciter insita ramo.
Lilium adoptiua producent fronde nouellum:
Quod micet in torum, velut sol aureus, orbem.
LILIA CÆSAREA SVB CASTA,
AVREVS VT SOL.
IO. O *Deus, ô diuina Dei præsagia verè:*
Digna suo inscribi iubeat quæ Carolus auro:
Digna sua quæ pingat acu manus Elisabetæ:
Grandibus intexat sua perque monilia gemmis.
Digna suis Palamedis aues per & aëris auras
Quæ scribant pennis: vel denique digna sereno
Iuppiter in Cœlo flammis quæ scribat in aureis,
Solis ab occasu vt manifesta legantur ad ortum.
Dúmque legentur, & alta ad Cœlum voce ferentur,
Assonet ipse sua testudine totus olympus:
LILIA, CÆSAREA SVB CASTA,
AVREVS VT SOL.
MO. *Sed iam vrbis muris successimus: en age Iola*
Aspice quis strepitus, quæ pompa, quis agminis ordo:
Arcus qui, statuæ, tabulæ, & sua carmina cuique.
Quæ nos omnia post spectacula læta canemus,
Atque iterum, atque alios ex annis semper in annos
Lilia laudantes, & Cæsaris arma sonantes,
Lilia mixta aquilis, aquilas cum germine lilij.
Vox vt nulla nisi hæc per totum personet orbem,
LILIA, CAESAREA SVB CASTA,
AVREVS VT SOL.

ECLOGA IIII.

Iolas. Mopsus.

Io. *Forte puer patrias pendentes rupe capellas*
Seruabam cùm venit anus de gente Boëm a
Nigra genas, latóque comas vmbrata galero
Lino è multiplici, quæ cùm nec gnara locorum
Nec sat scita viæ iam nocte premente per agros
Erraret, patrias orat me ducere in ædes.
Ducitur, hospitióque patris satis vsa benigno
Hospita digrediens puero dat dona tabellas
Populeas, variísque notis super vndique pictas.
Quales verba, quibus constant (nam sæpe legentem)
Viderat ante patrem, chartísque notata canentem
Ingenium laudans, ergo has puer, inquit, habeto
Non viles tabulas, non vsus vilis in illis.
Nec mora, quod nostri sit nomen Cæsaris vltrò
Me rogat, Est (inquit) nunc nobis nomine Cæsar
CAROLVS: *& tunc Quintus erat qui sceptra tenebat.*
Nomen at illa notans iterúmque iterúmque reuoluens
Vrna caua mixta elementa, Deúmque precata,
Qui regit & sortes & vatibus imperat vnus,
Inuenit O CLARVS, *quódque inuenit accipit omen.*
MO. *Felix nomen erat, nam Clarus Cæsar & olim*
CAROLVS *ille fuit Quintus pietate vel armis.*
Ille Getas nobis nostro procul arcuit Istro;
Contudit ille feros Christi quoque nominis hostes.
Dignus ob hæc clari cui cantes nominis omen:.

Mo. *Carolus* O CLARVS, O CLARVS *nomine Quintus.*
Io. *Clarum etiam fratrem nobis post fata reliquit*
Fraternum imperium qui nunc, fraternáque sceptra
Maximilanus habet nostræ pater Elisabethæ,
Quam vester dignam digno se coniuge coniux
Solam è virginibus Rex Principibus sibi legit,
Dignus ob hæcque sui cui cantes nominis omen.
Mo. *Carolus* O CLARVS, O CLARVS *Maximilanus,*
Clarus erat patruus, clarus pater, ipsáque clara
Claris orta, nurus Clarísque data Elisabetha,
Digni omnes quibus & cantes sua nomina clarè.
Io. *O clarus patruus, clarus pater, ipsáque nota.*
Clarus CAROLVS *ipse gener pietate vel armis*
Ter quibus is nuper Gallis arísque focísque
Barbarie Getica grauiores reppulit hostes,
Dignus ob hæc cantes Clari cui nominis omen
Mo. *Carolus ô* CLARVS *Gallis Rex nomine Nonus*
Clarum etiam fratrem noster sortitus vt ille
Carolus HENRICVM *quod nuper fausta probarunt*
Auspiciis fratris pugnata ter ordine bella.
Dignus ob hæc cui tu Clarum repetas quoque carmen.
Io. *Carolus* O CLARVS, *clarúsque Henricus in armis.*
Mo. *Clarus frater & huic est tertius vt capit ætas:*
Clarior is, sed enim posthac erit vt feret ætas
Indolis est tantum, tantúmque elucet in illo
Francisci instar aui nulli virtute secundi

Cuius habet nomen cum nomine laudis & omen.
Dignus ob idque cani, numero Deus impare gaudet.
IO. *Carolus* O CLARVS *Fräcıſcus & indole Clarus.*
Cætera ſed pergam præludia noſtra referre.
Felix viſus eram talis mihi ſorte magiſtræ
Felicem hæc quoque ſe talis ſe forte putabat
Diſcipuli: tentare & idem me ſæpe iubebat
Tentabam (memini) nunc hoc, nunc nomen & illud
Ingenio nitens: ſed virginis Eliſabetæ
Nomen erat curæ iam tum mihi Cæſare nuper,
Quæ noſtræ foret orta ſui patris altera proles,
Altera chara tamen proles, nam pignora chara
Omnia principibus fœcundum ad fœdera ſemen:
Nomen id excutiens & ſedulus vndique verſans,
BIS LÆTÆ *reperi felix ſponſalibus omen.*
MO. *Felix & fauſtum certè, quis enim neget? ipſa*
Res manifeſta probat, magis idque ſubinde probabit.
Nam ſemel vt lætæ connubia Gallia læta
Nunc agitat, ſic & paruo poſt tempore rurſus
Læta puerperio celebrabit gaudia læto,
Atque ita BIS LAETAE *data ſors erit Eliſabetæ.*
IO. *Tale rudimentum puero mihi tunc fuit artis,*
Sed tu iam ſenior tali, & iam tritus in arte,
Dic iam arcana mihi myſteria, quæ tibi multo
Multa reperta labore, alta ſunt mente repoſta.
MO. *Te nihil vt celem candore mereris Iola*
Ingenióque tuo: ſed iam ſol iam calet altus.
Rurſus iter repetamus, iens ego, quæ petis, eadem.

ECLOGA.

Sequanis. Istrias.

SEQ. *SEquanides Musæ sponsi cantemus honores.*
CAROLVS est sponsus, nostris in montibus ortus
CAROLVS *ille puer nostros reptauit ad amnes.*
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Istriades Musæ sponsam memoremus alumnam:*
Nostris & nota est in montibus Elisabetha,
Fluminis in thalamis nostri nutrita puella:
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Quin ambæ potius cantu socialiter ambos*
Laudemus pariter: cantu sociemus & ambos:
Iuncti vt vterque toro, sic sint & carmine iuncti.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Fœdere felici iuncta est Germania Gallis:*
Gallia Germanis felici est fœdere iuncta,
Fœdera quas iungunt, iungant & carmina gentes.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
Carolus & Francos, Germanos rexit & olim:
Idem magnas & his, Rex idem Carolus illis,
Caroleas laudes vtriusque vtræque conamus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
Stirpe è Carolea nati sponsúsque, nurúsque:
Carolus vnus auus, laudes repetamus auitas.

Quisquis auos laudat, laudat simul ille nepotes.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Carolus ille fuit verè cognomine Magnus,*
Carolus ille fuit maior, quàm nomine, rebus
Gestis: imperij quibus est ad sceptra vocatus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Cœperat imperij moles annosa labare.*
Vnam barbaries iam diruerátque columnam:
Altera substructa est, occasum ne premat ortus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Hostibus apposuit montes Natura, niuésque*
Romæ, sed tamen hos Senones, rupeŕeque Pœni:
At non ruperunt te, Carole, firmior illis.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Barbarie obdiderat Deus alti littora Ponti*
Euxini: tamen hæc Græcos superauit & omnes
Barbarus: at non te, firmissima Carole moles.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Sic tunc imperij occidui pars integra mansit,*
Et manet, æternum per Carolidásque manebit.
Germanis illinc, hinc Gallis fulta columnis.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Sic pars imperij tunc restitit vna superstes,*
Et nunc restat adhuc sola virtute nepotum
Caroli, ad extremos vastabit & vsque nepotes.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Carolus ille pius, pietas nunc restat auita:*
Carolus arma potens, virtus superest & in armis

Regibus in nostris, quorum nunc Carolus hæres.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Carolus ille pius, pietas est summa nepotum:*
Carolus ille potens armis, hodiéque potentes
Armis Carolidæ magno de Cæsare nati.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Non lepores pauidos validi genuere leones:*
Est in equis patrum cursus, vis est & equina.
Extat & in tauris taurorum robur auorum.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Sunt acres animi viresque in prælia patrum*
Gallorum pullis: Aquilis sunt fortia paruis
Pectora maiorum: sequitur sua quemque iuuentus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Quid si nunc aliquis (quod spondēt omina vatū)*
Gallorum ô sobole, Germanorúmque potentum
Carolea surgat, qui barbara comprimat arma?
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Nunc quoque nunc vtinam nascatur Carolus alter,*
Qui Germana simul, dux Gallica & agmina ducat,
Sarranósque vetet terráque maríque vagari.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee *ter Elisabetha.*
SEQ. *Iam iā tempus adest, in quo Deus omina vatum*
Ducat ad euentum fœlicibus his Hymeneis:
Vnde puer nascetur auo par nomine & armis.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee *ter Elisabetha.*
IST. *Si Deus vsque piis in tempore subuenit vltor,*
Tempus ad auxilium diuinæ nunc opis vrget:

Quo Chios, quo capta Cypros maria omnia turbant.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee, *ter Elisabetha.*
SEQ. *Per lentos ad magna gradus diis assolet iri:*
Estque deûm gradus hic decimus, ceu maximus omniũ,
Quo non in numeris numerus diuinior alter.
Carolus ô ter Hymen, *Hymenee ter Elisabetha.*
IST. *Inter quæ sunt cunque vnúmque decémque locata,*
Omnia sunt humana, Deus *sed summa reseruat,*
Imáque cuncta sibi primùm decimúmque cohærens.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *A primo ad decimum si crescunt omnia summũ:*
Maximus & decimo fœtus fluctúsque sit orbe:
Carolus vt primus, decimus sic maximus instat.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Cuncta nouem numerus nouat, & nouus inde vocatur:*
At decimus primo numerus respondet: vterque
Ille dei numerus, qui primus & vltimus vnus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee, ter Elisabetha.
SEQ. *Maxima sub nono sunt facta nouamina Gallis*
Carolo: in antiquam reuocantur cuncta nitorem:
Quod noni decimo spes est sub prole futurum.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee *ter Elisabetha.*
IST. *Credimus, an, qui optant sua læta sibi omnia fingunt?*
Sed credamus: erit iuncto de sanguine princeps
Germano & Franco Christi qui restituet rem.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee, *ter Elisabetha.*

SEQ. *Ille ſalus veniet regnis, rebúſque piorum:*
Illius eſtque ſalus incluſa parentibus ipſis,
Quorum ſol, cui vera ſalus, nunc dicitur alter.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Eliſabetha.
IST. *Ille ſuis veniet totique ſalutifer orbi,*
Cuius vt alma ſalus in nomine clauſa paterno,
Hic & ineſt in matre: Beata ſalus erit eia.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Eliſabetha.
SEQ. *Chriſtus vera ſalus, ſol eſtque ſalutifer vnus:*
Chriſtus & ipſe vnus: Chriſtos tamen hic vocat omnes
Chriſticoláſque pios, & te quoque Carole, regem.
Carolus ô ter Hymen, *Hymenee ter Eliſabetha.*
IST. *Chriſtus & ipſe ſalus ſanctorum & vita beata:*
Sed tamen ille ſuam Reginam hoc nomine donat:
Qua Gallis regnante, Beata ſalus erit eia.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Eliſabeta.



EGLOGA
LAVREA, SIVE
ANAGRAMMATISMVS
AD D. MARGARETAM
VALESIAM CAROLI REGIS
Christianissimi sororem:

INTERLOQVVTORES,
MYCON. AVRILLVS.

MY. QVIS *furor Aurillum reuocauit ad Aulica rursus.*
Atria, contempto, quem nuper amabat, agello,
In quo securi pecoris securior ipse
Pastor opes Regum & Regum spernebat honores?
AVR. *At te, chare Mycon mihi quis Deus obtulit vltrò,*
Cui nostros possem casus memorare recentes?
Nam me non furor, heû, sed casus adegit acerbus
Rursus adire aulas, atque aulica nomina rursus
Implorare mihi: nec enim spes altera restat
Iam misero, duram qua possim euadere sortem.
MY. *Dic igitur quæ sors, nec te dixisse pigebit.*
Sæpè aduersa iuuat fido dixisse sodali.
AVR. *Nescio quis nostris lupus importunus agellis*
Irruit, & pecudes pariter, pecudúmque magistros

Vi populat: fugiunt pecudes, fugiúntque magistri.
Pars tamen antè auidis à faucibus intercepta
Impleuit diros rabidi prædonis hiatus,
Quàm liceat celebrem vitare fugacibus hostem.
Non vis vlla animo, non est audacia cuiquam
Pastorum, vicina colunt qui pascua mecum,
Cominus ire fero, raptásque auellere prædas.
Quippe nec est de more lupus, qualésque frequentant
Hæc loca sæpè vagi, Iouè sed fulmen ab ipso
Irato missum, vel quale irata Diana
Immisit monstrum Calydona colentibus olim,
Cùm sibi solemnes raptos quæreretur honores
Nos quoque præteritis fortasse Lycoreos aris.
Namque vt fama lupis Deus imperat ipse Lycoris.
Hoc patimur fatale malum. Nosti ecce Lycopem
Nostrum fortè canem, quem si quis nocte videret,
Crederet esse lupum, tantum feritatis in illo
Est de matre lupa. Non illi occurrere contrà
Ausi impune lupi, non fures nocte vagantes,
Tanta cani rabies contra furesque lupósque
Hæc illo ter maior erat ter sæuior illo
Bellua, quum olim pugna congressus iniqua;
Dum, me hortante, lupo pecudem conatur abactam
Excutere, huicque lupus prædas trahit, inde Lycopes

Vi retrahit, trahitúrque simul, perijsset & ipse
Cum pecude & domino fuga ni seruasset vtrumque.
MY. *Gratum est incolume quòd sors seruarit vtrũque*
Te canémque tuum. cane tu, mi Aurille, fideli
Esses orbatus, pastore ego pastor amico.
Sed tibi quæ nunc, quod præsens est numen in Aula,
Vnde tibi certam possis spondere salutem?
AVR. *Quin ibi Phœbus adest vt casus tã grauis auctor,*
Sic qui damna leuet. Nec enim implacabilis ira
Illius, vt dixit mota prudens anus vrna
Mantho, sortilegæ quâ non solertior artis
Altera, vt excussas ter vidit in ordine sortes.
MY. *Quas sortes, quas tu memoras mihi credulus vrnas?*
Nam liquet esse Deos, diuináque visa Deorum.
Sæpè ego per somnum vidíque vidénsque notaui,
Atque mihi atque aliis casus monstrasse futuros.
Ista superstitio ridenda videtur anilis,
Quæ putat esse Deos, caua quos mouet vrna, tabellas.
AVR. *Parce tamen ridere, Mycon, dum cætera narro.*
Bis senas igitur Mantho totidémque figuras
(Augurij genus) in quadratis ritè notauit
Populeis tabulis (namque arbor sortibus apta
Populus Herculea est) vacuámque iniecit in vrnam,
Qualem cernis & hanc) vltro mihi nam dedit ipsa
Has sortes, vrnámque sui simulamina ritus,
Quæ sacra dein Phœbo voti monimenta potentis:
Nam dedit his sortes, & quod latet omen in illis)

Ergo ita crebra caua sortes vbi mouit in vrna,
Multa rogans Phœbúmque vocans in vota secundum
Antè, repurgatæ mox fudit in æquore terræ,
(Mira loquor, sed vera) nouum dant ordine carmen
Effusæ sortes, legit & miscétque quatítque,
Atque iterum atque iterum, donec ter in ordine factum
Carmen legit idem. MY. *Quod?* AVR. LAVREA
REGIS AMATA.
Nec mora penè furens bacchatur talia Mantho.
Phœbus adorandus, Phœbus tibi ritè precandus.
Phœbus amat Lauros, & amici Laurea Phœbi
Læta datura tibi est tristis solatia casus.
Dixerat. ipse memor monstrata ad numina Phœbi
Nunc supplex venio, lauri ramúmque recentem
Ecce fero mecum, & de lauro carmina quæ tunc
Hæc eadem cecinit diuino pectore vates.
Ritè quibus placem Phœbi placabile numen.
MY. *Hæc quoque dic nobis (si fas narrare sodali)*
Carmina de Lauro. nec enim vulgaria Mantho,
Sed canit antiquæ foliis æquanda Sibylla.
AVR. *Carmina ego vt dicam, tu dic alterna canendo,*
Laurea Regis amata, O, Laurea Regis amata.
Nam totidem Mantho iussit me alterna canentem
Dicere cùm caneret; Phœbúmque in vota vocaret.
MY. *Incipe tu cantare. alterna ego carmina iungam.*
AVR. *Sic igitur cecinit diuino pectore vates.*
Arbor in arboribus semper viridissima laurus,
Non æstate comas, non bruma ponit iniqua,

Non marcescit aquis brumalibus, aut riget acri
Frigore: perpetuo sed vernans flore virescit.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus virginei decus est insigne pudoris.*
Laurus erat virgo quam mirè Phœbus amauit.
Laurus Daphnis erat: sed Phœbum spreuit amantem;
Laurus ob idque viret, virgo velut innuba, semper.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Si quando æstus erit, sub Lauro cum grege pastor*
Æstum vitabit: si quando frigus iniquum
Mordebit, pecudúmque ducem, pecudésque tenellas
Lauro se, pecudesque teget, quò frigora vitet.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Siue per æstatem fessos sopor vrgeat artus*
Pastoris, pastor Lauri decumbet in vmbra
Substrata Lauri, metuet nec fronde colubros.
Namque inimicus odor Lauri serpentibus atris.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Siue per autumnum, cùm pestifer ingruit annus,*
Atque duces & oues pestis populatur acerba,
Pestifera vt pastor contagia vitet, ouésque,
Lustratura locum ter Laurus in igne crepabit.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Siue nouum per ver, quo florifer intepet annus,*
Serta puellarum texet per florida prata,
Dum pascuntur oues, viridique in gramine ludunt,
Floribus è lauro gratum miscebit odorem.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*

AVR. *Temporibus Laurus sola omnibus vtilis anni.*
Vere comis dat serta, fugátque æstate colubros,
Autumno pestem, bruma mala frigora pellit.
Non est in terris Lauro fœlicior arbor.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Pulchra tamē laurus præ lauris omnibus vna est,*
Regali teneram quam Gallia nutrit in horto,
Quæ quantum arboribus reliquis præit altera laurus,
Tantum aliis lauris laurus supereminet ipsa.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Ipsa comis rutilat fuluum superantibus aurum*
Ipsa tumet baccis, veluti bacca Inda, rotundis.
Sunt lauri baccæ, sunt Indo è gurgite baccæ,
Margara quas vocitant, & margaris ipsa vocatur.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Phœbus & huic suus est: suus illā Phœb⁹ amauit,*
Atque suum Phœbum illa, sed, vt soror optima, fratrē.
Frater enim Phœbus, soror ipsa pijssima Phœbo,
Ipsa Diana sui & Daphnis castissima Phœbi.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Viderit hanc Phœbus, Phœbi placabitur ira.*
Viderit hanc Phœbus, pecudes tibi reddat ademptas.
Viderit hanc Phœbus, lupus haud metuetur ouili,
Sed pastor fœlix, & erit Pastoris ouile.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus Apollineis gratissima crinibus arbor.*
Serta sibi primùm de lauro carpit Apollo,
Sertáque quæ carpsit pretioso prætulit auro.

Aurea sit quamuis Phœbo chelys, & coma & arcus.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus Apollineis gratissima vatibus esca,*
Mordebant Laurum, Lauro vescique solebant,
Lauro vescentes diis carmina grata canebant.
Lauro vescar ego, diis grata vt carmina cantem.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus laurigeros exornat amica triumphos:*
Laurus victorum capiti gratissima serta,
Victoris viridi quæ tempora fronde coronet,
CAROLE, *ab Hesperiis veniat tibi Laurus & Indis.*
Myc. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus victores ornat donata poëtas.*
Victrices ego dum canto per carmina Lauros,
Carole, sæpè tuas & auorum sæpe tuorum,
O mihi contingat victricem sumere Laurum.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Hæc memini Mantho mecum cantare furentem.*
Hæc memini me illi sæpè alternare canentem,
Vt cœlum omne nihil nisi Laurea regis amata,
Vocis imaginibus resonaret & antra, lacúsque
Finitimúmque nemus, quod nostris imminet antris,
Sæpius vt non dictus Hylas, sociisque vocatus,
Laurea quàm Regis, quàm Laurea regis amata.
My. *Non tibi nequicquam cecinit tot carmina vates,*
Vate sua digna hæc sunt carmina, dignáque Phœbo,
Quæque, vel iratum, possint placare Tonantem.
Carmina Phœbus amat. Tu fer tua carmina Phœbo

Phœbeum ad templum, quâ te via proxima ducit.
Et ne errore viæ fallare, tibi ipse præibo.
Nam mihi nota magis loca sunt, numénque locorum,
Cui data iampridem est sacri custodia templi.
AVR. *Fœlix tu, & fœlix iter hoc mihi prouida Mătho*
Suasit habere ducem si te mihi fata dederunt,
Quem pastorem olim pastores inter amabam,
Et quem pastorem è pastoribus vnus & ipse
Mirabar Phœbo sua carmina docta canentem,
Pro quibus hoc Phœbus merito te effecit honore
Templa sua vt serues, & qui colis illa, colaris.



IN D. MARGARIDEM FRANCICAM REGIS SOROREM.

IO. AVRATI LAVREVS Ecloga. Loqvvntvr pastores duo.

PETREOLVS. AVREOLVS.

AVRE. FORTE *salicticomis sua quâ vadi Sequana ripis*
Diuidit, & bifido Parisina interluit amne
Mœnia monte iacens qui proximus imminet vrbi,
Ducendo pecudes fessus fessúsque canendo
Lenibam somno curas, cùm visa videri
Non sat nota mihi facies pastoris & esse
Pastorem, vt rerer suadebat fistula collo
E summo pendens pastoria, sed caput illi
Vndique Phœbeo viridis quod laurea ritu
Cingebat Phœbum, faciebat vt esse putarem
Aut Phœbi de stirpe satum, tamen ausus & illum
Compellare prior, qui sit rogo talibus vltro.
Dic quis es ô Pastor quem laurea serta coronant,
Serta quidem è viridi lauro potiora, sed auro
Et gemmis, Phœbusne age tu an de semine Phœbi

Editus, atque ideò Phœbi de fronde coronam
Fers insigne comis gentile decúsque paternum.
Talia quæsieram cùm talia reddidit ille.
PET. *Non ego sum Phœb⁹, nec me immortalibus æquo.*
Nec genuit me Phœbus, amauit sed mea Phœbus
Carmina, quæ quondam Thuscana per arua canebam,
Carmina de casta lauro, laurique coronam
Hanc ob id ille dedit, lauri vt cantator honorum
Vsque comis ferrem lauri viridantis honorem
AVR. *Tune illi Hetruscis pastor celeberrimus oris*
Progenitus, cuius quamuis tot millia distet,
Nostra tenet, cantat Thuscanos Gallia versus.
Laureolos versus sua laurea serta canentes.
PET. *Ille inquam, nec te tua coniectura fefellit.*
Ille ego sum Lauri qui fidus amator amores
Longum argumentum tam longo carmine dixi.
Et magis vt noris, tunc me dixere Petrarcham,
Quòd mea de petra durum cor haberet amica,
Mortales cùm versarer mortalia viuus
Per loca, Petreolum sed nunc dixere beati
Elysij, quorum nunc arua beata pererro.
Nunc etiam pecudes pascens per amœna vireta
Elysias, & nunc etiam mea carmina cantans,
Carmina quæ Laurum tollant super æthera laurum.
Quin etiam viridi cingor caua tempora lauro.
Quam syluæ Elysiæ laureta per auia carpsi.
Nam prior illa mihi pariter cum luce relicta est,
Arida iam, iam marcescens, senis æmula vatis.

Quisquis auos laudat, laudat simul ille nepotes.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Carolus ille fuit verè cognomine Magnus,*
Carolus ille fuit maior, quàm nomine, rebus
Gestis: imperij quibus est ad sceptra vocatus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Cœperat imperij moles annosa labare.*
Vnam barbaries iam diruerátque columnam:
Altera substructa est, occasum ne premat ortus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Hostibus apposuit montes Natura, niuésque*
Romæ, sed tamen hos Senones, rupereque Pœni:
At non ruperunt te, Carole, firmior illis.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Barbariæ obdiderat Deus alti littora Ponti*
Euxini: tamen hæc Græcos superauit & omnes
Barbarus: at non te, firmissima Carole moles.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Sic tunc imperij occidui pars integra mansit,*
Et manet, æternùm per Carolidásque manebit.
Germanis illinc, hinc Gallis fulta columnis.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Sic pars imperij tunc restitit vna superstes,*
Et nunc restat adhuc sola virtute nepotum
Caroli, ad extremos vastabit & vsque nepotes.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Carolus ille pius, pietas nunc restat auita:*
Carolus arma potens, virtus superest & in armis

Regibus in nostris, quorum nunc Carolus hæres.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Carolus ille pius, pietas est summa nepotum:*
Carolus ille potens armis, hodiéque potentes
Armis Carolidæ magno de Cæsare nati.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Non lepores pauidos validi genuere leones:*
Est in equis patrum cursus, vis est & equina.
Extat & in tauris taurorum robur auorum.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Sunt acres animi vireśque in prælia patrum*
Gallorum pullis: Aquilis sunt fortia paruis
Pectora maiorum: sequitur sua quemque iuuentus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Quid si nunc aliquis (quod spondēt omina vatū)*
Gallorum ô sobole, Germanorúmque potentum
Corolea surgat, qui barbara comprimat arma?
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Nunc quoque nunc vtinam nascatur Carolus alter,*
Qui Germana simul, dux Gallica & agmina ducat,
Sarranósque vetet terráque maríque vagari.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Iam iā tempus adest, in quo Deus omina vatum*
Ducat ad euentum fœlicibus his Hymeneis:
Vnde puer nascetur auo par nomine & armis.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Si Deus vsque piis in tempore subuenit vltor,*
Tempus ad auxilium diuinæ nunc opis vrget:

Quo Chios, quo capta Cypros maria omnia turbant.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee, *ter Elisabetha.*
SEQ. *Per lentos ad magna gradus diis assolet iri:*
Estque deûm gradus hic decimus, ceu maximus omniũ,
Quo non in numeris numerus diuinior alter.
Carolus ô ter Hymen, *Hymenee ter Elisabetha.*
IST. *Inter quæ sunt cunque vnúmque decémque locata,*
Omnia sunt humana, Deus *sed summa reseruat,*
Imáque cuncta sibi primùm decimúmque cohærens.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *A primo ad decimum si crescunt omnia summũ:*
Maximus & decimo fœtus fluctúsque sit orbe:
Carolus vt primus, decimus sic maximus instat.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Cuncta nouem numerus nouat, & nouus inde vocatur:*
At decimus primo numeris respondet: vterque
Ille dei numerus, qui primus & vltimus vnus.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee, ter Elisabetha.
SEQ. *Maxima sub nono sunt facta nouamina Gallis*
Carolo: in antiquam reuocantur cuncta nitorem:
Quod noni decimo spes est sub prole futurum.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee *ter Elisabetha.*
IST. *Credimus, an, qui optant sua læta sibi omnia fingunt?*
Sed credamus: erit iuncto de sanguine princeps
Germano & Franco Christi qui restituet rem.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee, *ter Elisabetha.*

SEQ. *Ille salus veniet regnis, rebúsque piorum:*
Illius estque salus inclusa parentibus ipsis,
Quorum sol, cui vera salus, nunc dicitur alter.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
IST. *Ille suis veniet totique salutifer orbi,*
Cuius vt alma salus in nomine clausa paterno,
Hic & inest in matre: Beata salus erit eia.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabetha.
SEQ. *Christus vera salus, sol estque salutifer vnus:*
Christus & ipse vnus: Christos tamen hic vocat omnes
Christicolásque pios, & te quoque Carole, regem.
Carolus ô ter Hymen, *Hymenee ter Elisabetha.*
IST. *Christus & ipse salus sanctorum & vita beata:*
Sed tamen ille suam Reginam hoc nomine donat:
Qua Gallis regnante, Beata salus erit eia.
Carolus ô ter Hymen, Hymenee ter Elisabeta.

Bbb



EGLOGA
LAVREA, SIVE ANAGRAMMATISMVS
AD D. MARGARETAM
VALESIAM CAROLI REGIS Christianissimi sororem:

INTERLOQVVTORES,
MYCON. AVRILLVS.

MY. QVIS *furor Aurillum reuocauit ad Aulica rursus*
Atria, contempto, quem nuper amabat, agello,
In quo securi pecoris securior ipse
Pastor opes Regum & Regum spernebat honores?
AVR. *At te, chare Mycon mihi quis Deus obtulit vltrò,*
Cui nostros possem casus memorare recentes?
Nam me non furor, heû, sed casus adegit acerbus
Rursus adire aulas, atque aulica nomina rursus
Implorare mihi: nec enim spes altera restat
Iam misero, duram qua possim euadere sortem.
MY. *Dic igitur quæ sors, nec te dixisse pigebit.*
Sæpè aduersa iuuat fido dixisse sodali.
AVR. *Nescio quis nostris lupus importunus agellis*
Irruit, & pecudes pariter, pecudúmque magistros

Vi populat: fugiunt pecudes, fugiúntque magistri.
Pars tamen antè auidis à faucibus intercepta
Impleuit diros rabidi prædonis hiatus,
Quàm liceat celebrem vitare fugacibus hostem.
Non vis vlla animo, non est audacia cuiquam
Pastorum, vicina colunt qui pascua mecum,
Cominus ire fero, raptásque auellere prædas.
Quippe nec est de more lupus, qualésque frequentant
Hæc loca sæpè vagi, Ioue sed fulmen ab ipso
Irato missum, vel quale irata Diana
Immisit monstrum Calydona colentibus olim,
Cùm sibi solennes raptos quæreretur honores
Nos quoque præteritis fortaßse Lycoreos aris.
Namque vt fama lupis Deus imperat ipse Lycoris.
Hoc patimur fatale malum. Nosti ecce Lycopem
Nostrum fortè canem, quem si quis nocte videret,
Crederet esse lupum, tantum feritatis in illo
Est de matre lupa. Non illi occurrere contrà
Ausi impune lupi, non fures nocte vagantes,
Tanta cani rabies contra furesque lupósque
Hæc illo ter maior erat ter sæuior illo
Bellua, quam olim pugna congressus iniqua;
Dum, me hortante, lupo pecudem conatur abactam
Excutere, huicque lupus prædas trahit, inde Lycopes

Vi retrahit, trahitúrque simul, periisset & ipse
Cum pecude & domino fuga ni seruasset vtrumque.
MY. *Gratum est incolumẽ quòd sors seruarit vtrũque*
Te canémque tuum. cane tu, mi Aurille, fideli
Esses orbatus, pastore ego pastor amico.
Sed tibi quæ nunc, quod præsens est numen in Aula,
Vnde tibi certam possis spondere salutem?
AVR. *Quin ibi Phœbus adest vt casus tã grauis auctor,*
Sic qui damna leuet. Nec enim implacabilis ira
Illius, vt dixit mota prudens anus vrna
Mantho, sortilegæ quâ non solertior artis
Altera, vt excussas ter vidit in ordine sortes.
MY. *Quas sortes, quas tu memoras mihi credulus vrnas?*
Nam liquet esse Deos, diuináque visa Deorum.
Sæpè ego per somnum vidíque vidénsque notaui,
Atque mihi atque aliis casus monstrasse futuros.
Ista superstitio ridenda videtur anilis,
Quæ putat esse Deos, caua quos mouet vrna, tabellas.
AVR. *Parce tamen ridere, Mycon, dum cætera narro.*
Bis senas igitur Mantho totidémque figuras
(Augurij genus) in quadratis ritè notauit
Populeis tabulis (namque arbor sortibus apta
Populus Herculea est) vacuámque iniecit in vrnam,
Qualem cernis & hanc) vltro mihi nam dedit ipsa
Has sortes, vrnámque sui simulamina ritus,
Quæ sacra dein Phœbo voti monimenta potentis:
Nam dedit his sortes, & quod latet omen in illis)

Ergo ita crebra caua fortes vbi mouit in vrna,
Multa rogans Phœbúmque vocans in vota secundum
Antè, repurgatæ mox fudit in æquore terræ,
(Mira loquor, sed vera) nouum dant ordine carmen
Effusæ sortes, legit & miscétque quatítque,
Atque iterum atque iterum, donec ter in ordine factum
Carmen legit idem. MY. *Quod?* AVR. LAVREA REGIS AMATA.
Nec mora penè furens bacchatur talia Mantho.
Phœbus adorandus, Phœbus tibi ritè precandus.
Phœbus amat Lauros, & amici Laurea Phœbi
Læta datura tibi est tristis solatia casus.
Dixerat. ipse memor monstrata ad numina Phœbi
Nunc supplex venio, lauri ramúmque recentem
Ecce fero mecum, & de lauro carmina quæ tunc
Hæc eadem cecinit diuino pectore vates.
Ritè quibus placem Phœbi placabile numen.
MY. *Hæc quoque dic nobis (si fas narrare sodali)*
Carmina de Lauro. nec enim vulgaria Mantho,
Sed canit antiquæ foliis æquanda Sibylla.
AVR. *Carmina ego vt dicam, tu dic alterna canendo,*
Laurea Regis amata, O, Laurea Regis amata.
Nam totidem Mantho iussit me alterna canentem
Dicere cùm caneret; Phœbúmque in vota vocaret.
MY. *Incipe tu cantare. alterna ego carmina iungam.*
AVR. *Sic igitur cecinit diuino pectore vates.*
Arbor in arboribus semper viridissima laurus,
Non æstate comas, non bruma ponit iniqua,

Non marcescit aquis brumalibus, aut riget acri
Frigore: perpetuo sed vernans flore virescit.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus virginei decus est insigne pudoris.*
Laurus erat virgo quam mirè Phœbus amauit.
Laurus Daphnis erat: sed Phœbum spreuit amantem;
Laurus ob idque viret, virgo velut innuba, semper.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Si quando æstus erit, sub Lauro cum grege pastor*
Æstum vitabit: si quando frigus iniquum
Mordebit, pecudúmque ducem, pecudésque tenellas
Lauro se, pecudesque teget, quò frigora vitet.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Siue per æstatem fessos sopor vrgeat artus*
Pastoris, pastor Lauri decumbet in vmbra
Substrata Lauri, metuet nec fronde colubros.
Namque inimicus odor Lauri serpentibus atris.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Siue per autumnum, cùm pestifer ingruit annus,*
Atque duces & oues pestis populatur acerba,
Pestifera vt pastor contagia vitet, ouésque,
Lustratura locum ter Laurus in igne crepabit.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Siue nouum per ver, quo florifer intepet annus,*
Serta puellarum texet per florida prata,
Dum pascuntur oues, viridíque in gramine ludunt,
Floribus è lauro gratum miscebit odorem.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*

AVR. *Temporibus Laurus sola omnibus vtilis anni.*
Vere comis dat serta, fugátque æstate colubros,
Autumno pestem, bruma mala frigora pellit.
Non est in terris Lauro fœlicior arbor.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Pulchra tamē laurus prælauris omnibus vna est,*
Regali teneram quam Gallia nutrit in horto,
Quæ quantum arboribus reliquis præit altera laurus,
Tantum aliis lauris laurus supereminet ipsa.
MY. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Ipsa comis rutilat fuluum superantibus aurum*
Ipsa tumet baccis, velut bacca Inda, rotundis.
Sunt lauri baccæ, sunt Indo è gurgite baccæ,
Margara quas vocitant, & margaris ipsa vocatur.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Phœbus & huic suus est: suus illā Phœb⁹ amauit,*
Atque suum Phœbum illa, sed, vt soror optima, fratrē.
Frater enim Phœbus, soror ipsa pussima Phœbo,
Ipsa Diana sui & Daphnis castissima Phœbi.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Viderit hanc Phœbus, Phœbi placabitur ira.*
Viderit hanc Phœbus, pecudes tibi reddat ademptas.
Viderit hanc Phœbus, lupus haud metuetur ouili,
Sed pastor fœlix, & erit Pastoris ouile.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus Apollineis gratissima crinibus arbor.*
Serta sibi primùm de lauro carpit Apollo,
Sertáque quæ carpsit pretioso prætulit auro.

Aurea sit quamuis Phœbo chelys, & coma & arcus.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus Apollineis gratissima vatibus esca,*
Mordebant Laurum, Lauro vescíque solebant,
Lauro vescentes diis carmina grata canebant.
Lauro vescar ego, diis grata vt carmina cantem.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus laurigeros exornat amica triumphos:*
Laurus victorum capiti gratissima serta,
Victoris viridi quæ tempora fronde coronet,
CAROLE, *ab Hesperiis veniat tibi Laurus & Indis.*
Myc. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Laurus victores ornat donata poëtas.*
Victrices ego dum canto per carmina Lauros,
Carole, sæpè tuas & auorum sæpe tuorum,
O mihi contingat victricem sumere Laurum.
My. *Laurea regis amata, O, Laurea regis amata.*
AVR. *Hæc memini Mantho mecum cantare furentem.*
Hæc memini me illi sæpè alternare canentem,
Vt cœlum omne nihil nisi Laurea regis amata,
Vocis imaginibus resonaret & antra, lacúsque
Finitimúmque nemus, quod nostris imminet antris,
Sæpius vt non dictus Hylas, sociisque vocatus,
Laurea quàm Regis, quàm Laurea regis amata.
My. *Non tibi nequicquam cecinit tot carmina vates,*
Vate sua digna hæc sunt carmina, dignáque Phœbo,
Quæque, vel iratum, possint placare Tonantem.
Carmina Phœbus amat. Tu fer tua carmina Phœbo

Phœbeum ad templum, quâ te via proxima ducit.
Et ne errore viæ fallare, tibi ipse praeibo.
Nam mihi nota magis loca sunt, numénque locorum,
Cui data iampridem est sacri custodia templi.
AVR. *Fœlix tu, & fœlix iter hoc mihi prouida Mătho*
Suasit habere ducem si te mihi fata dederunt,
Quem pastorem olim pastores inter amabam,
Et quem pastorem è pastoribus vnus & ipse
Mirabar Phœbo sua carmina docta canentem,
Pro quibus hoc Phœbus merito te effecit honore
Templa sua vt serues, & qui colis illa, colaris.



Editus, atque ideò Phœbi de fronde coronam
Fers insigne comis gentile decúsque paternum.
Talia quæsieram cùm talia reddidit ille.
PET. *Non ego sum Phœb⁹, nec me immortalibus æquo.*
Nec genuit me Phœbus, amauit sed mea Phœbus
Carmina, quæ quondam Thuscana per arua canebam,
Carmina de casta lauro, lauríque coronam
Hanc ob id ille dedit, lauri vt cantator honorum
Vsque comis ferrem lauri viridantis honorem
AVR. *Tune illi Hetruscis pastor celeberrimus oris*
Progenitus, cuius quamuis tot millia distet,
Nostra tenet, cantat Thuscanos Gallia versus,
Laureolos versus sua laurea serta canentes.
PET. *Ille inquam, nec te tua coniectura fefellit.*
Ille ego sum Lauri qui fidus amator amores
Longum argumentum tam longo carmine dixi.
Et magis vt noris, tunc me dixere Petrarcham,
Quòd mea de petra durum cor haberet amica,
Mortales cùm versarer mortalia viuus
Per loca, Petreolum sed nunc dixere beati
Elysij, quorum nunc arua beata pererro.
Nunc etiam pecudes pascens per amœna vireta
Elysias, & nunc etiam mea carmina cantans,
Carmina quæ Laurum tollant super æthera laurum.
Quin etiam viridi cingor caua tempora lauro.
Quam syluæ Elysiæ laureta per arua carpsi.
Nam prior illa mihi pariter cum luce relicta est,
Arida iam, iam marcescens, senis æmula vatis.

AVR. *O fœlix vates & fœlix laurea vatis.*
Ergo viuus adhuc & post tua fata superstes
Tu colis Elysios campos, & adhuc tua cantans
Carmina Laureolæ retines viridentis amoris,
Immortale manens decus immortalis amoris.
PET. *Te quoque sors eadem fatis manet, & tibi laurus*
Et tua iandudum viridis tibi laurea surgit,
Quam celebres sed carminibus numerísque Latinis,
Ause meos mutare sonos & carminis artem
Aureole aureoli per Gallos carminis autor,
Et tua tunc quoque tu cùm rura beata tenebis,
Elysiúmque coles nostrum fœlicior vmbra,
Aureoli amittes gentilia nomina, quamuis
Nota per & Gallos montes, per & extera rura.
Nam mihi Mercurius de te iam plurima quondam
Dixit, vt æthereis veniebat nuper ab oris
Huc quasi pastor agens animas à morte recentes,
Aurataque illas cogens moderamine virgæ.
Ac bene si memini quæ de te fata canebat,
Ille Deus cùm de viuis pastoribus olim
Percontarer, habent quos arua superna canentes
Diuinos versus diuino pectore vates
Ille mihi solitus te dicere nuper ad auras
Esse sibi visum superas iam iámque volentem
Augere vmbrarum numerum & tellure morari
Indignantem, vbi sint tot dira pericula diræ,
Tot fraudes, tot & ingrati sine fine labores
Cantandi ingratis mortalibus, aurea qui nunc

Secula traducunt, non qualia priscus agebat
Saturnus sua regna gerens in pace quieta.
Sed quæ cum bellus sint ferrea iure vocari
Aurea posse putes, ita nil in honore nihi aurum,
Nil præter pretium in pretio: contrà alma fidésque
Et virtus contempta iacet, iacet omnis honesta
Nunc ars pascendíque & carmina docta canendi.
Quæ mala cùm inuisas suaderent linquere terras,
Ocyus Aureolo tamen ad paucos sibi iussum,
Expectare dies meliori quos sua sorte,
Fata reseruassent ipsi post mille labores
Præteritos, post mille grauis fastidia vitæ.
Nam fore vt ipse nouæ caneret præconia lauri.
Atque suas pecudes lauri baccísque comísque,
Baccis pasceret atque comis vmbraret opacis,
Si simul vt caulas, regum celebraret & aulas.
AVRE. *Vine relinquam ego quas adamat mea rustica caulas*
Musa, colámque domos regum non factus ad illas.
Nam memini quondam me nescio quis malus error
Illuc detulerat male cautum, iámque solebam
Pro stabulis ouium stabula ardua Regis equorum
Curare, arma sequíque heus pastor inutilis armis:
Cùm tandem passus discrimina mille laborum
Vix me semianimum media de morte recepi.
PET. *Noui ego quæ narras, nobis memorauit & ista*
Mercurius, dum pastorum de sorte recentum
Multa subinde rogo quin & narrabat ab illis

Vt seruata malis tua sit sibi vita salúsque.
Nam solet ille viris à Mercurialibus esse.
Non procul vt quondam vetuit cùm ne vetus arbor
In lyricum faceret pastorem lapsa ruinam,
Aut etiam sylua spatians cùm forte Sabina
Longius ille lupæ rauæ incurrisset in ora,
Adfuit ipse viro præsens & abegit hiantem.
Ilicet à pastore feram caudámque sub ima
Terga remulcentem ritu dimisit inani.
Vt cùm Cerbereos idem Deus arcet hiatus
Manibus à puris virga confisus agente
Letheos somnos triplicis custodis in artus,
Sic se dicebat celer expediisse periclis,
Pastorem te Mercurius tela inter & enses
Versantem, dum castra sequi regalia iussus
Regales ageret pecudes ad prata Mosellæ;
Nam nisi fida Dei custodia sæpe vocanti
Adforet, aut rota præteriens aut machina corpus
Debile protereret, vel fracta ponte sub vndas
Præcipitem ferret inter currúsque rotásque,
Ebrius aut miles cæco temerarius ictu
Cuspidis hauriret latus ab pastoris inermis.
Nam præter calamos nihil ille in bella ferebat,
Clara quibus caneret regísque ducúmque trophæa
Guisiadum. nam Guisiadæ tunc signa ferentes
Hoste per infestos saltus per & oppida clausa
Primi ibant aperire viam ferroque manuque,
Aut etiam clausis arcebant mœnibus hostes.

Hispanos, metas nec eos transire sinebant
Oppositas, ferri ve in Celtica rura furentes,
Talia flare sua solitus tunc pastor auena,
Quæ tamen æquaret strepitus animósque tubarum,
Cornipedúmque graues fremitus in bella ruentum
Pugnantúmque iras & murmura mœsta cadentum.
Tutus erat duce Mercurio vt duce tutus eodem
Castra senex cùm venit Achillis in Hectoricidæ.
Sic sibi seruatum memorans caducifer Arcas,
Non potuisse tamen diras depellere febres,
A quibus adfixi lecto simul ipse suúsque
Marmaris vnus amor, calor vnus & vna voluptas,
Sunt miserè lento morbi longore peresi,
Totum annum, spatium toto prope longius æuo.
Hic ego nil poteram: nam sunt sua certa deorùm
Munera. dux ego sum per bella viásque virorum.
Non etiam medicæ tractator callidus artis.
Hoc *opus & studium fratris sua curat Apollo*
Mille malas noxas, medicamina mille dolores
Artubus humanis pellentia, nec piger ille
Adfuit ægroto pastori afferre salubres
Abrotani succos & odoriferæ Panaceæ
Aducebat, & his bene si memorata recordor,
Non sine Francigena lauro lapidúmque salubri
Puluere Margaridum pastorem à febre leuatum.
Nunc & is Aureolum manet exitus, vt memor olim,
Et gratus sua sola canat medicamina Phœbo.
Auspice sola sua de lauro carmina dicat.

Carmina regali quæ sæpe canantur in aula,
Sicque absens tamen absentem colet impiger aulam.
Ipsis nam quid opus semper præsentibus esse
Vatibus ad regum pallatia, carmina dum sint
Crebra Palatinas celebrent quæ cantibus arces.
AVR. *Dÿ faciant sua Mercurius ne oracula fallat*
Petreole, vtque domi cantem securus in vmbra
Magnorum cultor sacra quos habet aula deorum.
Absentes colimus superos tamen, & iuuat illos
Absentum pietas hominum sua sacra colentum.
Sed tu fare memor quam dixerit ille canendam
Francigenam laurum, quas gemmas Margarideias,
Et Deus obscuris quid vult ambagibus ede.
Nam te scire decet frueris propiore deorum
Qui nunc colloquio Deus ipse coméque deorum,
Si fas Elysios genus esse putare deorum.
PETR. *Sunt genus Elysij diuûm diuûmque fruuntur*
Colloquio, sed non vt quicquid Iuppiter abdit
Sensibus arcanis cognoscere fas sit & ipsis.
Iuppiter est summus, scit Iuppiter omnia summus.
Prætereáque Deûm nullus, nisi siquibus ille
De superis voluit sensus aperire latentes.
Vt tibi Phœbe tuis qui vatibus illa renarras.
Quæ pater ante tibi narrauerat ordine certo.
Fas quoque Mercurio Ioue de genitore futura
Discere si qua latent, & mentibus illa piorum
Tradere per somnum. nam sunt & somnia quidam
Congressus superum, sacra quos interprete somno

Mittere virga solet somnum faciensque fugansque
Aurea Mercurij virga, & Chrysorrapis inde
Dicitur ille Deus, virgæ gestator & aureæ.
Hac tibi nunc virga placidam faciente quietem
Somnia certa vides nostræ sub imagine formæ.
Namque alias aliis formas iubet ire ministras.
Visorum Deus interpres Iouis atque deorum,
Militibus somnus simulachrum ostendit Achillis,
Hectoris, Aiacis, legum iurísque peritis
Minois, Rodamanthi, & si quos secla priora
Iura olim dantes mortalibus æqua tulerunt.
Me tibi pastori pastorem occurrere iussit
Noster Atlantiades, studium quòd amemus vterque
Pastoralis auenæ & pastoralis ouilis.
Hac me Mercurius tibi iussit imagine sumpta
Pandere quæque tibi iam dixi, quæque requiris.
Nam prius hæc illi pater edidit, ille vicissim
Fata mihi dixit, fatisque hæc addidit vltro
Dicta, quibus tua fata tibi nunc pandere possem.
Sed præstat diuina Dei tibi prodere verbis,
Vt maiore aliquo tibi numine visa moneri
Certius accipiant authoris ab omine pondus.
Sic igitur quondam est Cyllenius ipse locutus.
Sum Deus eloquij, per me superíque loquuntur
Atque homines, sine me sint muta silentia passim
In terris cælóque, vt & in regione propinqua
Vallibus Elysiis, qua fandi expertia torpent
Agmina. nam damnauit ea mala Tartara pæna
Iuppiter, indulsitque piis pia iura loquendi

Cantandique simul lingua pia verba loquaci.
Ipse etiam pecudes pisceśque volente loquantur,
Mercurio ipsa animis omniqùe carentia sensu
Instrumenta meo sunt facta loquacia nutu
Intentæ fidibus citharæ & caua texta lyrarum
Materiis constructa silentibus omnia constent,
Arboreis lignis & ouilibus intestinis.
Hæc mea cùm sit vis vt per me cuncta loquantur,
Et Logus inde vocer, Logiúsque, interpres, & Hermes,
Nomina quis dubitet, quis cuncta vocabula rerum
A me vno cunctis mortalibus esse reperta
Nomina Mercurius dixit, sua singula rebus
Nomina per certas hominum scribenda figuras,
Nomina quæ positis certa ratione figuris,
Nota sonent superis certarum pondera rerum:
Quæ tamen ignorant homines nisi cæca deorum
Illustrante aliquo mysteria, sicut & ipse
Nunc te quæ laurus noua surgat in orbe docebo.
Laurus ab Aureolo numeris memoranda Latinis,
Nostin' quæ sit dicta Valesia Margareta?
Hæc illa est laurus, hæc est tua laurea crescens.
Hæc per te memoranda notes vt hæc tibi certis
Vera probem, manifesta fides tibi fiat ab ipsis
Litterulis, quibus hoc nomen signatur vtrumque:
Quas si mutato solertius ordine vertas,
E totidémque notis textas tria verba retextis,
Quæ fuit ante tibi VALESIA MARGARETA,
Facta tibi fuerit tua LAVREA REGIS AMATA,
Regis amata sui fratris nunc, antè parentis.

EPICEDIVM MELLINI SANGELASII

Poëtæ apud Gallos celebris.

CARYLVS. DORYLAS.

CArylus & Dorylas Mellinum nuper ademptum
Pastorum florem, florens tunc pastor vterque,
Nomine sub volucris flebant: tres ille volucres,
Quòd simulasset apem flauam flaui puer oris.
Vir lasciua canens lasciua voce columbum,
Grandior at natu resonantem grandia Cycnum,
Dum sua præsagit Phœbæo numine fata:
Ac prior ad socias volucres sic Carylus orsus.
CAR. *Luctus ad alituum linguis sonet, occidit ales:*
Planctus ab alituum pennis sonet, occidit ales
Nec sonet is simplex, non vna est ales adempta,
Tres periere simul tria docta per ora canentes.
Ales adempta triplex, ter aues, ter ad æthera plangant.
DOR. *Ecce gemunt ter aues tribus vt consortibus orbæ,*
Ecce ter ingeminant tanquàm per brachia planctum
Caryle perge prior mœsti ceu præfica cantus,
Te meus excipiet luctus planctúsque volucrum.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.

CAR. *Occidit ah apis ales, apes geminate susurrum.*
Occidit alba columba, columbæ clangite raucum.
Occidit albus olor, vos albos maior olores
Flebiliórque decet, quàm vestra in sumere cantus.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Parua perit volucris. paruæ lugete volucres.*
Maior obit volucris, maiores flete volucres.
Grandis obit volucris, grandes vlulate volucres,
Et date nunc longos per grandia guttura questus.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Si vos iuuit Ityn blanda lugere querela,*
Quæ monstrabat Ityn blanda lugere querela,
Ales nuper obit, vestrum lugete magistrum
Carminibus querulis. ars seruiat ipsa docenti.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Ille per & syluas & montes sæpe per altos*
Ipse canens ad aues illas cantare docebat.
Ille docebat aues discrimina terna canendi,
Murmur apis, gemitúmque columbæ, carmen oloris.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Illa fuit volucris qualis fuit altera nulla,*
Vna frequens auis, vna frequentum turba volucrum:
Quidni ales foret vna frequentum turba volucrum?
Mille simul varios vno dans gutture cantus.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Fallor, non volucris similis fuit ille volucrum.*
Quid refert volucris fuerit, similísve volucrum
Terna per ora trium: modò si mutatus in illas,

Tres volucres potuit volucris quasi vera videri,
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Cùm puer esset apis paruæ de more volabat,*
Et mel ore legens pedibus portabat & alis,
Mel flauum ore legens flauis portabat in alis,
Stipabátque cauam flauenti nectare cellam.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *An non posset apis mellis fœcunda videri,*
Cui puero pastor mellis studiosus & ipse,
Sæpe examen apum nutricis more solebat
Ingerere, vt dulcem stillaret in ora liquorem.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Melleus ille liquor manauit ab ore per artus*
Mellea colla viro, flaui de melle lacerti,
Flauo humeri de melle, & mellea crura pedésque,
Mellea & ipsa manus quodcúnque & tangeret illa.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Plectra manus dum tangit eburnea mellea fiunt*
Pollice dum chordas, cordas de melle putares.
Melleus est pecten, lyra mellea, mellea & illa
Omnia quæ caneret mellitis carmina chordis.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Non aliter perhibent tactu Phryga cuncta potẽti*
Vertere consuetum fului splendoris in auri.
Sed fuit ille suo diues miserabilis auro,
Et pro auro auriculas habuit rudentis aselli.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Quod licuit cecinit tamen, vt ne vita canentis*

Vlla vmquam fuerit tenui vel labe notata.
Et cur non liceat? licuit sempérque licebit
Ad castos ignes castas adiungere tædas.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Lusit amans vates permisso carmine lusit,*
Et ludens cecinit quæ carmina dicere possis
Ipsam Erato cecinisse & plectro aptasse canentem,
Ipsam Erato cui carmen Amor, cui nomen Amoris.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Quin & Acidalij pallens candore columbi*
Veráque visus auis verus Venerísque columbus
Quos aliis cecinit, tacitus sibi sensit amores,
Et genuit niueam niuea de matre columbam.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Hanc siquis videat de Ledæ dixerit ouo*
Pollucis germanam & Castoris esse gemellam,
Forsan & hanc genuit non Cyprius ipse columbus,
Sed Phœbus olor factus senioribus annis.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Ille senex canus cano mutauit olore*
Corpus olorinis candens per tempora plumis
De Veneris volucri Phœbeius esset vt ales
Transitus in similem breuis è sene factus olorem,
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Colla teres fuit ante teres fit colla volucris,*
Crus erat aridius, macies manat arida crurum,
Crinis it in plumas, curuus chelys arcus in alas,
Vox gracilis mansit moribundi qualis oloris.

Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.

DOR. *Quæ caneret volucris Phœbi, cantare putares*
Phœbum, Phœbææ sic is testudinis instar
Ad ventum pandens alas & pectinis instar
Rostra mouens, terras cantu mulcebat & vndis.

Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.

CAR. *Sæpe quoq; humanos cœtus, hominésq; relinquẽs*
Contemnens & humum sese tollebat in auras:
Conscius vtque sibi fati, cœlíque propinqui,
Voce salutabat, quæ mente notauerat astra.

Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.

DOR. *Melleus iste opifex cùm verteret omnia melle,*
Gratus apud Reges geminos Regúmque sorores,
Franciscũ Henricúmque & Margaridas simul ambas,
Atque aurum tulit atque decus splendentius auro.

Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.

CAR. *Nomen & ille dato dedit his pretiosius auro,*
Quos tulit in Cœlum cantu testudinis aureæ.
Nam quis diuitias, quis amet præ versibus aurum,
Si modò non carie versus, sed carpitur aurum.

Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.

DOR. *Is quoque diuitias non mirabatur inanes*
Contentus modicis dignus maioribus, illi
Maiores fuerat Rex donaturus & olim,
Si maius vitæ spatium pia fata dedissent.

Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.

CAR. *Mellino acta sui pro nominis omine vita*
Mellea, nec tristi fellis corrupta veneno:

Quod si bina Ioui sunt dolia mellis vt vnum,
Sic aliud fellis, plus ipsi infudit ab illo.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Dij facerent homines citò ne mala credere vellēt,*
Et malus vt terris liuor procul omnis abesset:
Namque malum liuor citò nos mala credere cogit,
Quæ post falsa probat veri experientia mater.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Hic quoque vos ambos quandoq; fefellerat error,*
Melline atque Rosille, pares vt cantibus ambos,
Sic & amore pares, nisi vos committeret atrox
Inter vos furia hæc, sed gratia sarcta coiuit.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Paruus apis fuerat iuuenis, fit deinde columbus,*
Multi vt nullus apis, sic nullo felle columbus,
Candidus & gaudens turres habitare per altas,
In quibus ille color candens sibi concolor esset.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Hic in Acidalij fallens candore columbi*
Visus auis Veneris, veneris cantabat amores,
Vt nihil omne nemus nisi responderet amores,
Quos caneret Veneri, gratisque columbus amori.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Sēper in hæc inhians, & in his sua lumina figēs,*
Iam terrestre volens nolens nihil, & cœlestia captans
Delicuit, dúmque æthereo tabescit amore,
Corporis de tenui tenuatur in ætheris auram.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.

CAR. *Iam non sit corpus de corpore, déque volucri*
Illa volucris amans terras, purissimus ignis
Emicat, & sese cœlestibus ignibus addit,
Stellarum numerum, quem iam bene nouerat, augens.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Nunc illas memorans. neque se memor inter & illas*
Esse quid acciderit miratur, quòd sit earum
Nunc numerus maior. Nam maior quod sit & illis
Et modus admoto sibi nouit ab æthere factum.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Quas didicit terras puncti instar habere minuti*
Summotus terris punctum videt esse minutum,
Miratúrque homines vt bella mouere per orbem
Tantuli ob imperium puncti, quod terra videtur.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Illic infra se grandes videt ætheris orbes,*
Multáque miratur rerum portenta nouarum,
Quod tam parui ignes visi tellure moranti
Tam grandes iam sint, tantóque nitore micantes.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Miratur quod tam tardas visa sibi quondam*
Fixas stellarum hinc, tantus rapit impetus illic,
Vt nullæ cursum valeant æquare quadrigæ,
Nullæ per cita vela rates aquilone secundo.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
DOR. *Miratur tamen hæc super omnia solis & ignem*
Non exurentem, sed amica luce micantem,
Vt neque deficiat luna subeunte, nec vllos

Sentiat à terra sibi luna obstante labores.
Ales adempta triplex, ter aues ter plangite pennis.
CAR. *Fœlix hæc spectans cœlo nos ridet ab alto,*
Relliquias tenues super & super ossa sepulchri
Frustra plorantes & inania multa querentes.
Ergo iam tristes Doryle iam desine cantus
Ales adempta beata: nefas hanc flere volucres.
DOR. *Desino & ipse vltrò, iam desinere volucres,*
Ter tamen ante locum lustrantes, quo iacet ille:
Lætos térque sonos pro mœsto carmine dantes.
Nunc quasi Mellinum, quem flebant nuper, adorent.
Ales adempta beata, beatæ dicite laudes.



IN NVPTIAS.
IO. AVRATI POETÆ
& Interpretis Regij Eclogarum lib. 2.

HENRICI MEMORANTII DANVILLAE ET ANTONILLAE BVLLONAE DVCIS FILIAE.

Alternis canunt duo Chori hic puerorum, ille Puellarum.

PVER. CANTEMVS PVERI INTEGRI,
INTEGRÆQVE PVELLVLÆ,
Cantemus simul inuicem
Alternis ter HYMEN *modis:*
SPONSVS *en nouus, & noua*
SPONSA *ducitur: haud decet*
Absque carmine duci.
PVELLÆ. *Quis finis, quis erit modus*
Cantandi toties HYMEN
Vix cantatus HYMEN *prior:*
Et canendus adest nouus.
Sed canamus ab integro:
Importunus is est tamen,
Nos tam sæpe reuisens.
PVER. *Non tam sæpe reuiseret*
Vos HYMEN, *nisi vos amet.*

Ante bella modò affuit:
Nunc post bella redux adest:
Huc redit quoties HYMEN,
Vos HYMEN *toties decet*
Integrare canentes.
PVEL. *Bella sed quid is aut subit,*
Aut præit subeuntibus?
Cur qui signa recentia
MARTIS *ante præiuerat,*
Nunc idem venit his comes?
Tam discordia numina
Quæ concordia iunxit?
PVER. *Fallimur? suus an puer*
Semper vt VENERI *ad latus,*
Sic MARTI *suus ad latus*
Hic hæret puer? & Deus
Dis maioribus est minor
Additus velut armiger,
Huic HYMEN AMOR *illi?*
PVEL. *Anne quos comitantur, &*
Delectantur eis pari
Sorte muneris his Dei?
An paci studet vt VENVS,
Sic AMOR VENERIS *comes?*
Ille MARTIS *at assecla*
Vult contraria MARTI?
PVER. MARTIS *vt comes est* HYMEN,
Sic & gratus ei cruor

Fusus, gratáque vulnera:
Sed congressibus ipse MARS
Gaudet usque virilibus:
HYMEN *virgineis libens*
Miscet prælia rixis.
PVEL. *Diuersus tamen exitus*
Vtriusque periculi est
Præliíque facit genus
MARS *mortale minus frequens:*
Sed mortale frequentius
Efficit DEVS *hic genus,*
Et per secla propagat.
PVER. *Barbarus Deus atque trux*
MARS *est, & genialibus*
Gaudiis alienior:
Arma si posuit tamen,
Atque inermis adest, licet
Adsit: & VENEREM *dapes*
Ad festas comitetur.
PVEL. *Et cur non liceat Deo*
Forti, quod licet & viris
Fortibus, celebret sua
Vt præsentia nuptias?
Ecce REX *quoque maximus*
Bellator, tamen interest
Nuptiis celebrandis.
Patri proximus assidet
PVER FRANCISCVS, *nouus ipse* REX:

Aßidet LOTHARINGICVS
Dux, Regis nouus vt gener,
Sic & alter amor nouus:
Ambo, quàm tenera illa fert
Ætas, viribus acres.
PVEL. *Clara pignora iam suæ*
Nunc vterque dat indolis,
Ausus penè puer virûm
Prætentare pericula
Pugnis hastipotentibus
Nuper, cùm tot in aëra
Fracta ligna volarent.
PVER. DVX *adest quoque* GVISIVS
Alter HANNIBAL, *altero*
Pene lumine bellica
Inter prælia perdito:
Testis illa manens adhuc
Qualis Hannibali fuit,
Pulchra fronte cicatrix.
PVEL. *Princeps hos prope* CONDEVS,
Et sedent gemini duces,
Hinc NIVERNIVS *impiger*
Res reponere perditas:
Pugnax inde NEMAVRIVS.
Cum queîs DVX *quoque tertius*
MONPENSERIVS HEROS.
PVER. *Adsunt finitimi hospites,*
Adsunt & simul exteri:

Huc FERRARIA PRINCIPEM
Misit bellica ferreum,
Et fratrem LODOVICE *te:*
Zethus alter is, Amphion
Alter tu, vel vtrumque.
PVEL. *Misit bellica gens suos*
Huc Germania Principes,
Te DVX SAXO, *simulque te*
Rheni RHINGRAVE *nomina*
Seruantem, pariter duos
Rebus nuper in asperis
Fortes atque fideles.
PVER. *Interest quoque nuptiis,*
Vel præest potius pater
Sponsi, fortis & ipse vir,
Fortis & genitor viri,
Iam senex MEMORANTIVS,
Mente sed memor, atque res
Ob gestas memorandus.
PVEL. DVX *iunctus quoque* GVISIO *est*
CLASSIARIVS, *vt minor*
Natu fratre suo Duce,
Sic non viribus & minor:
Terrâ GVISIVS, *at mari*
FRATER *rem modò Corsico*
Gallicam benè gessit.
PVER. *Et suus* MEMORANTIO
Patri FILIVS *est comes*

MAIOR è *Memorantiis,*
ANDELOTVS *& ille, Dux*
Impiger peditum agminum
Signa ferre pedestribus
Pugnis atque periclis:
PVEL. *Quod nec* DAVMALVS *interest*
Fratribus Lotharingicis,
Nec Neptunius ille dux
GASPAR *Castilioniis,*
Causa vtrique grauis, tamen
Iusta: morbus vt alteri,
Sic huic alea Martis.
PVER. *At non sunt procul à suis*
Præsules duo fratribus,
GVISIO *Duce* CAROLVS,
ANDELOTO *at* ODETVS: *vt*
Illi viribus inclyti,
Sic & artibus hi: putes
PHOEBOS *esse gemellos.*
PVEL. *Sic pallis hiacinthinis*
Phœbeis quasi vestibus
Fulgent: sic studio pari
Phœbeæ citharæ simul
Ardentes, cupidè sacris
Phœbi vatibus inuicem
Certant vsque fauentes.
PVER. *Ambo dant operam bonis*
Augendis studiis domi:

Sed tu CAROLE *tu foris*
Illa nunc etiam iuuas,
Curans pacificis sua
Pax reddatur vt artibus,
Ipse pacis amator.
PVEL. *Sed quis enumerare tot*
Possit lumina PRINCIPVM,
Atque nobilium VIRVM,
Quot nunc cum NVRVVM *choro*
Interesse iugalibus,
Festis villa videt suo
REGE *digna colono?*
PVER. MARS *vbi sit, ibi* VENVS
Mox adest & ei comes:
Mars præiuerat alter ad
Læta CHANTILII *loca:*
Nec cunctata diu sequi
MARTEM *pulchra* VENVS *suum est*
Cùm pulchro comitatu.
PVEL. *Hic adest noua cum nouo*
Coniux coniuge, cæteris
Eminens nuribus super
Nunc, at virginibus prius,
Alnus inter vt arbutos,
Scotis clara MARIA *lux,*
Clara gloria Gallis.
PVER. PALLAS *integra, & integra*
Est DIANA: *sed vtraque*

Interesse tamen solet
Pompis connubialibus:
Et nunc Palladis æmula
MARGARIS *thalamis adest*
Læta concelebrandis.
PVEL. *Lætis nunc alienas se*
Ad connubia vultibus
Præbet: officiosáque
Eius sedulitas facit,
Cunctis vt sit amabilis:
Cunctorum sit vt vna vox
Illi fausta precantum.
PVER. O DII *Virgineis libens*
Quæ nunc innuba nuptiis
Interest, ea mox DEIS
Nubat læta fauentibus:
Maximáque frequentia
Læta mox videat suas
Nuptias celebrari.
PVEL. *Hæc nunc vota frequens facit*
Turba, nec facit irrita:
Si non irrita pro piis
Vnquam vota DEI *sinunt*
Esse: nam pietatis hoc
Æuo MARGARIS *vnicum est*
Exemplúmque, decúsque.
PVER. *Sicut* PALLAS *adest, ades*
Dictamna DIANA *tu,*

Cura REGIS *vt altera,*
REGIS *altera sic fides:*
Cum qua REGIS *&* *altera*
Est DIANA *sui torum*
Penè fratris honorans.
PVER. *Inter has celebres nurus*
Innuptásque perambulat
Nubentum & SOCRVS *&* PARENS:
Matronalibus vtraque
Grassans officiis, suos
Curat gnauiter hospites,
Dulci læta labore.
PVER. Nec tu talibus in choris
SPONSA *nunc minus enites*
Quàm minoribus enitet
Lux Lunaris in ignibus:
Fors & nomen inest tibi
Hinc BVLLONA, *quòd aurea*
Tanquam bulla coruscas.
PVEL. Tota se VENVS *&* CHARIS
Indulgent hodie tibi:
Totas se tibi clanculum
Inserunt: tua pectora,
Ora, labra, genas, sinus,
Eois vt odoribus
Auris suauibus afflant.
PVER. Nec procul sua cum sua
Sponso sponsa recens abest

CAROLO *Duce* CLAVDIA:
Maturè sibi præstitum
Reddunt officium: & toros
Præsentes decorant eis,
Qui suos decorarunt.
PVEL. *Sed quis commemorare tot*
Possit nomina siderum?
Quot serena velut poli
Noctibus facies videt,
Sic serena videt domus
Nunc ANNE MEMORANTII
Ire per sua septa.
PVER. *Vt gaudet bonus is* SENEX,
Versis in meliora diis,
Dum tot nunc videt hospitem
Diuûm semideûmque se,
Quot vix se vetus hospitem
Diuûm & semideûm suis
Chiron vidit in antris?
PVEL. *Vt iam lautiâ* SENIS
Tarda pulsa senilitas
Omnes vultibus & bonis,
Et mensis melioribus
Excipit, reuirescere
Ore visáque pectore
Fortes rursus in annos?
PVER. *Vt ceruus senior sua*
Fit per cornua perdita

Iunior: sua sic seni
Iam fessi MEMORANTIO
Virtus vulneribus suis
Crescit in noua robora,
Atque cæsa resurgit.
PVEL. *Serpentinus erat* VIRO
Sensus, vis, animositas:
Serpentina sed & viro
Nunc inest rediuiua vis,
Sicut iam senior nouat
Serpens per sua damna se:
Sic vir ille nouatur.
PVER. *Nam quis se* SVPERIS *parem*
Speret esse perennibus,
Nulla cui sua sint malis
Mista gaudia tristibus?
Fœlix NESTOR, *& is tamen*
Orbus ANTILOCHO *dolet*
Se vixisse tot annos.
PVEL. *Vt Gallis Agamemnone*
REX *non inferior præest:*
Gallo sic Agamemnoni
NESTOR *assiduus comes*
Hæret à superis datus:
Cuius consilio graui
Cuncta bella regantur.
PVER. *Vt senis* MEMORANTII
Vis par est Pylio seni

Mentis & sapientiæ,
Sic par conditio data
Vitæ: dum grauioribus
Annis vtitur aspera
Inter prælia sorte.
PVEL. *Victor ô toties, semel*
Vinci disce: grauem semel
ANNA *disce pati*, DEVM:
Clarus tot radiis tuis
Hæc obtenditur vnica
Nubes parua: nec ipse Sol
Est vlla sine nube.
PVER. *At iam versa retro rota*
In diuersa reuoluitur.
Parce de superis queri:
Qui dies tibi candidi
Fulserant prius, en tibi
Candidi redeunt, nota
Candidáque notandi.
PVEL. *Alter* FILIVS *vt tuus*
REGIS *est soceri gener:*
Sic DANVILLA *tibi, tuus*
Alter filius, est gener
BVLLONÆ *Ducis: vtraque*
Fœlix conditio tori,
Fœlix fœdus vtrumque.
PVER. *Hoc profectus ab omine*
Læto fœderis in tua

Commißi tibi bis domi,
I committere cœpta iam
Pacis pacta: domesticam
Geßisti bene rem, pari
Publicam gere fato.

PVEL. *Absens dumque negotiis*
Detinebere publicis,
Interim tibi filius,
Interimque recens nurus
Augeant MEMORANTIAM
Rem, domum, genus, & decus
Nata prole nouella.

P V E R. *Votis certa ratis fides:*
Tam vernans iuuenilitas,
Tam torosa ferocia,
Tam vigens vtriusque vis
Comparis bouis, haud mora
Fœturam dabit: hæc seges
Non est meßis in herba.

PVEL. *Sed moramur, & ecce nox*
Iam canentibus imminet:
Nocti cedere Virgines
Par est. nos quoque cedimus
Illi. nocte latent lupi,
Vt mites rapiant oues:
Sat nunc rapta sit vna.

FINIS.

IN NVPTIAS
CAROLI DVCIS LOTHARINGI,
Et D. Clavdiæ Regis Gallici Filiae II.

Alternis canunt
LOTHARINGVS, GALLVS.

LOTH. *QVI te cui similem* DVX DVX LOTHARINGICE
Heroûm veterum nostra canet lyra?
Paruo tu similis sponsus Achilleo,
Illi te similem canam.
GALL. *Quænam quæ tibi par,* CLAVDIA GALLICA
Heroina vetus, quem tibi conferam?
Par pulcro ore tibi Deidamia te
Illi carmine conferam.
LOTH. *Cultu fœmineo vafra suum Thetis*
Celabat puerum virgineis choris
Mistum: mater & hunc in thalamis sua
Seruabat muliebribus.
GALL. *Maternis tamen ille erutus è dolis*
Tydidæ artibus & callidi Vlyssei:
Maternis latebris erutus est & hic
Prudentum ingenio virûm

LOTH. *Missi sunt gemini quærere Achillëa*
Quæsiturus, at hunc vltro iit ipse REX
Gallorum, nitido pulcher in agmine
Turmarum iuuenilium.

GALL. *Pelidem eliceret virgineo è grege*
Vt Laërtiades monstrat ei vnicum
Ensem: hunc eliceret matris vt è sinu
Totam REX aciem explicat,

LOTH. *Is viso ense leuis fœmineæ sinus*
Vestis rupit, iens Argolicis comes:
Hic gaudens tot equûm millibus & virûm,
Matrem deseruit celer.

GALL. *Si nunquam Æacides casta cubilia*
Liquisset Thetidis, non tot Homericis
Esset carminibus vectus ad æthera
Æternis similis DEIS.

LOTH. *Si noster patriis de penetralibus*
Non exisset adhuc DVX, *neque Regia*
Rexisset teneram cura puertiam
Non par nunc sit Achilleo.

GALL. *Illi semifer in vertice Pelij*
Chiron expediit corpus equestribus
Pugnis: huic in equis currere Regiis
Ludus iam tenero fuit.

LOTH. *Illum verba loqui posse, loquendáque*
Exercere manu, perdocuit suus
Phœnix: hunc docuit CAROLVS alteram
Artem, CVISIVS alteram.

GALL. *Quorsum corporis est vis sine moribus?*
Fortis, sed puer & vir minus abstinens
Pelides fuit iræ atque libidinis:
Hic vtrâque caret nota.
LOTH. *Aula dum latet ille abditus hospita*
Virgo falsa, vir est clam patre virginis
Factus turpiter: hunc CLAVDIA *te pater,*
Te mater tua tradidit.
GALL. *Claros casta decent gaudia principes.*
Vester luce palam ducis Achilleus
Nostro REGE *sacram: astior est Duce*
Phthio DVX LOTHARINGICVS
LOTH. *Cui præstat probitate, huic quoque virginibus*
DII *præstare dabunt, si probitate* DII
Gaudent: arma tamen neutra sequi vt velit,
Hinc mater facit, hinc socer.
GALL. O DII *vos hominum si miseret,*
Hunc seruate, moram Martis, & obicem
Bellorum medius qui inter Ibericas
Et Gallas acies iacet.
LOTH. *Sin vos bella iuuant atque hominum neces*
Irati SVPERI, *mittite in impias*
Gentes composito fœdere principes
Nostros, pax sit apud pios.
GALL. *Dum tu cum socero signa feres tua*
Aris pro patriis, & patriis focis,
In pugnas acuat CAROLE *parue te*
Magni gloria CAROLI.

LOTH. *Dum tu bella geres* DVX *pia barbaris,*
Pugnaces animos fac proaui tibi
Reges cum Siculi, tum Solymi excitent:
Non tu degener es nepos.
GALL. *At tu parua tibi* DEIDAMIOLA
Coniux ÆACIDE, *cresce puerperis*
Maturè officiis: & similem viro
Flauum concipe PYRRHVLVM.
LOTH. *Fac vt chara* DVCIS *mater imaginem*
Te nato in puero nosce CAROLI
Poßit læta sibi quod bene cesserit
Nunc absentia filij.
GALL. *Sin nasci dederint fata puellulam,*
Sit vultu similis, sit tibi moribus
Exornata bonis corda sit artibus
Plus quàm colla monilibus.
LOTH. *Ne sit Sciria quàm virgo minus decens,*
Ac formosa magis, casta sit vt parens,
Non hæc thirsigeris exululat sacris,
Vt proles Lycomedia.
GALL. *Nostris virginibus grata licentia*
Non est, nec pietas impia Græciæ,
Nec proflata sacris tibi Bacchicis
Mentes cum pedibus mouens.
LOTH. *Castus casta decent ludicra Virgines*
Ortas Principibus, semine Principes
Aucturásque suo: lætitia colant
Aras, sed timeant DEVM.

GALL. *Hanc veri monitûs atque metum*
Sat MATER *docuit, atque patris* SOROR.
Dos est magna genus, forma, & opes : sed his
Maior mens pia & integra.
LOTH. *Fœlices sociis sub penetralibus*
Disciplina quibus contigit optima,
Et par coniugium : quod voueat Thetis
Nato vltrò DEVS *obtulit.*
GALL. *Fœlix ergo noui* MATER ACHILLEI,
Fœlix sorte tua, iam moderatius
Fer desiderium flebile CAROLI.
Nato ne inuideas tuo.



AD MARCVM ANTONIVM MVRETVM, Io. Aurati poëtæ Regij Epistola.



Votquot eunt redeúntque niuales vsque per alpes,
E nostris ad vos ad nos per mutua vestri
O MVRETE,*meæ mihi pars charissima gentis,*
Omnes ore vno, sibi te mandante, reportant
Seu tabulis, seu præsenti sermone, salutem.
Qua non ad nostras iucundior aduolat aures
Nuntius, incolumem cùm te, rerúmque potentem,
Atque tui memorem patrij, fidíque propinqui
Esse, fidem faciunt locupletes vndique testes.
Et ne te series numerosáque turba fatiget,
PINCÆVS *nuper, noster communis amicus,*
MORELLVSQVE, *tuas mihi legit vterq; tabellas,*
In quibus AVRATI *perhonorificè fit ad illos*
Mentio, & hinc à me tibi debita gratia maior.
Sed quia sum officio rescribendi male functus,
Et resalutandi, per quos mihi copia facta est:
Ille tui PINCÆVS *amans, paritérque tuorum,*
Expulit antiquum nostra de mente veternum.
Tester vt officio quamuis non fungar amico,
Scribendi, quamuis senio atque laboribus haustis,
Quod tibi mente tamen grator, quòd in vrbe Quirini
Rem facias, studio & tantos mercare fauores.

Sed magis & grâtor, quòd cum iam emerseris aliè
Porrexti Auratóque manum, me vltróque vocasti,
Naufrago vt Idotheæ pia mens porrexit Vlyssi
Velamen capitis, verùm insatiata Carybdis,
Scylla procaxque tenens, facit vt viuásque vidéasque
Sic peream miser, & vix iam miserabilis vlli,
Præter perpaucos, quos inter primus & vnus
Est mihi PINCÆVS *charissimus, & tua dignus*
Adscribas inter quem nomina, quíque sequester
Inter nos sit amicitiæ communis vtrique.
Quod superest tu viue, vale, & fœliciter auge
Remque, decúsque tuum, mihi PINCÆVM *nec amicum*
Inuideas, tibi si non inuideo BENEDICTVM;
Rhegius Antistes, qui nunc mea in Æschilon instat
Scripta sibi vt mittam, sed nec pes, nec caput vllum
In schedulis nostris iuuenilibus, & mihi nec mens,
Nec visus facit officium, tamen illa reuisam
Primo tempore quoque, & Mauzolo omnia mittam,
Quem tu quæso nota mihi de meliore salutes.

IOANNIS AVRATI AQVITANI ELEGIA

In Obitvm Invictissimi Ferdinandi I. Rom. Imperatoris Augustissimi ad Nobilem Virum Martinum Berzæuicæum Pannonium.



Vid me Berzæuice rogas sine Apolline vatem
In Ferdinandum carmina pauca tuum?
Multa etiam vellem, quia multis dignus & ille,
Et quicumque potens iusque piumque colit.
Sed dare quæ vellem vel multa merentibus vltro,
Hæc ipsi prohibent munera nostra sibi:
Ex bellis dum bella serunt, ex ignibus ignes,
Et turbant turbis otia nostra suis:
Quod non ille tuus cælesti pectore princeps,
Nec soliti reges, qui periere, mei.
Arma sed à patria patrios conuertere in hostes,
Et quisquis patrio non sacra more facit.
Sic decus & vestris & nostris Regibus ingens
Creuit: & his rerum est tradita Roma caput.
Cuius ad Ottomanos tam pars bona transijt: & nunc
Altera vix vestro salua labore manet.
Vos nunc Romanis arcetis ab arcibus arcus
Turcarum Hungarij Pannoniique viri.

Vos animis quorum, vos quorum viribus olim
Dux Ferdinandus fretus in arma ruens,
Æmula Vayuodæ deiicit signa ducésque,
Hungariam seruans, quæ peritura fuit.
Sed non hac tantùm Turcas his reppulit arte:
Maius opus populos pacificare suos.
Semper ciuilis peperit bella extera motus:
Sic creuit nostris Thracia dissidiis.
Græcia sic olim est Turcis oppressa profanis,
Dum flagrat bellis Græcia tota suis.
Sic Oriens cecidit, sic est casurus & olim
Occasus fœdæ sub iuga barbariæ.
Augur ego, atque vtinam sim nostris irritus augur:
Vltima sed primis conuenienter eunt.
Quòd restamus adhuc, quòd nondum colla catena
Libera seruili vis Solymanna premit,
Concors effecit Germania: dum noua semper
Mens Ferdinandi prouida bella vetat.
Pro quibus, vt meritos pietas sibi ferret honores,
A superis nato missa corona triplex.
Fœlix qui genitor sexagenarius ipse,
In somno natum vidit honore suum.
Fœlix qui dedit exemplum memorabile cunctis
Regibus, & regum stirpe satis pueris:
Quod non solùm armis patriis à finibus hostes,
Sed magis arcentur pace, Deique metu.



IO. AVRATI LEMOVICIS POETÆ ET INTERPRETIS Regij variarum rerum.

LIB. VNVS.

AD D. PHILIPPVM HVraltum, Galliæ Cancellarium.

SI litterarum te Patronum maximum,
Huralte, nunc viso infrequens,
Auratus antiquissimus cliens tuus,
Tibíque deditissimus:
Ætatis excusatione vtar licet,
Vtar hiemis senio grauis.
Pro me meum mitto tibi vicarium,
Desbalditum doctissimum:
Cuius ego apud te præcoquum funus gemo
Tanquam tibi charissimi.
Ob maximam Iuris foríque peritiam,
Librósque sibi superstites:

Quos frater in vulgus daturus prope diem est,
Et dedicaturus tibi,
Tui doloris, & sui solatium,
Decus & perenne mortui.

ANAGRAMMATISMVS.

Arnoldus Esbalditæus.
Laudandus es ob litteras.

Arnolde, qui ius à tenellis vnguibus
Docens Tholosæ publicè,
Licet occupatus Regis in Palatio,
Et Aulicis negotiis:
Rebus libros tot scripseras de Gallicis
Tibi mortuo superstites:
Æuum tot artibus bonis consumpseras:
Ob litteras laudandus es.

IN DOCTISSIMVM ARNOLDVM DESBALDITÆVM REGIS, A SECRETIS ET consiliis. Epicedium.

LÆta canant læti: nihil hic nisi triste canem⁹
De docto scriptis præmoriente suis.
Sic immaturas grando mala perdidit vuas:
Intempestiuum sic sata farra gelu.
Heu, heu iam teneris qui Desbalditus ab annis
Ingenii dederat tot bona signa sui,
Nondum maturis qui leges legerat annis
Publicè, & ante diem præcoqua poma dabat.
Ah dolor ah lachrimæ, periit quo tempore fructus
Maturos poterat ferre per historias.
Quas iam de patriis collegerat vndique rebus
Sedulitate simul iudicióque pari.
Nec tamen in lucem misit luce orbus & ipse,
Mater vt in medio functa puerperio.
Quæ natura illi dedit ornamenta labórque
Ante suum tempus, singula persequerer.
Sed timeo memori ne possim singula versu
Persequi, & excedat pagina iusta modum.
Summa sat est libare mihi vestigia vitæ
Quamlibet, & paucis versibus, & breuibus.
Octauo decimoque anno ciuili Tholozæ

Ius docuit: præsens turba fuítque frequens.
Tempore iámque illo doctorum insignia sumpsit.
Cum plausu magno, cúmque fauore docens.
Nec contentus eo, patrias secessit in ædes:
Artes toto animo se dedit inque bonas.
Pene decem tali studio consumpserat annos:
Et plenos artis venerat ad numeros.
Non artis duo vnius, non alteriúsue:
Sed quoscunque homines cura labórque docent.
Attamen in primus mysteria iuncta Platonis,
Cui toto sese pectore tradiderat:
Sic concepta animo, sic ore docenda tenebat:
Ipse videretur vt nouus esse Plato.
Parrisios vênit post paulò, intérque Patronos
Adscribi meruit, qui fora prima colunt.
Hic tibi Christophoríque Thuani, Sequieríque
Tunc Patronorum est vsus amicitia.
Quos sua post virtus euexit ad vsque tribunal
Præsidum: hic primus, ille secundus erat.
Inde ab amicorum reuocatus ab amore suorum
Aulam Francisci nomine primi adiit:
Francisci varias cui linguas debet & artes
Gallia nunc Regis docta fauore sui.
Debet & his qui sunt exempla paterna sequuti:
Patre nec Henricus degener ipse suo est.
Tertius Henricus qui patrem sicut auúmque
Armis, in doctos æquat amore viros.

Ad rem ſed mea Muſa redi niſi funere functus
Eſſet Franciſcus, Gallia quem flet adhuc:
Ob leges notus, multas iam notus ob artes
Ipſi iam Regi, Regis & aulicolis.
Vſurus fuerat magno Regíſque fauore:
Quorum & apud Reges gratia magna viget.
Patroni partes Regis prius egit in aula:
Deinde à ſecretis, conſiliíſque fuit.
Sed tamen interea dum munere fungitur iſto:
Mens vt erat tanti celſa capáxque viri.
Concepit maioris opus molis, quod Gallia cúmque
Geſſiſſe antiquis dicitur hiſtoriis.
Innumeris quod opus libris, ſummóque labore
Collectum prælo ſuppoſiturus erat.
Inuida cùm filum ſcriptoris parca cecidit
Auctor obítque operis, ſed tamen extat opus.
Non ita perfectum nec ab ipſo auctore politum:
Annus quod decimus quartus adortus erat.
Quod tractans argumentum ſuperauerat omnes,
Quos res Gallorum compoſuiſſe ferunt.
Deſcripta eſt vitæ ſeries: niſi te piget audi,
Mi lector finis qualis & ipſe fuit.
In febrem cecidit ſexagenarius acrem,
Quæ nimio Iuuenis nata labore ſeni eſt.
Per quadraginta quem dum ſæuiſsima luces
Exercet vita & febre ſolutus obît
Ah obiit magnóque ſuo magnóque ſuorum:

Cum desiderio, cum lacrymísque pijs.
Mortuus est ceptos quod libros ante peractos:
Præmia nec cœpit digna labore suo.
Sed quia sic visum superis: nos hoc quoque mente
Æqua ferre decet mens quibus æqua data est.
Vnus frater at huic hæres ex asse relictus:
Fraterno qui nunc fungitur officio.
Sed quamuis præceps mors interruperit eius
Cœpta quibus finem mox positurus erat.
Vos omnes vinctis qui scriptis, quíque solutis
Polletis, meritum ferte sub astra virum.

Anagrammatismus.

Gerardus Esbalditæus.
Ad res Regi te das sub Aula.

A Fatis data sunt fatalia nomina multis:
Quæ moneant cuius conditionis erunt,
Tu qui à secretis versare Gerarde sub aula
Das te ad res regi, nomen & arte probas.

Εἰς ὁμιλίας Κυριακῆς εὐχῆς Πόντου θυάρδου ἐπισκόπου Καβιλλονέος.

Εὐχὴν κυριακὴν, εὐχῶν ἡ κυρίη ἄλλων
Οὐ σὺ ἄνευ γε θεοῦ, Πόντε θυάρδε, γράφεις
Ὅσσα θεὸς γὰρ ἅπασι διδάγματα δῶκε βροτοῖσι
Χριστοῦ κυριακῆς ἐστὶ διδασκαλίης.
Αὐτὸς ὁ πρῶτος ἐὼν γὰρ ποιμὴν, ποιμνίας ἄλλους
Εἰς σφετέρων οἴων πέμψεν ἐπισκοπίην.

Anagrammatiſmus.

PONTVS TIARDÆVS.
PASTOR DEI NATVS,

Paſtor apum fueras per Hymettia rura volantum,
Nunc es apum paſtor, quas deus ipſe dedit:
Mella prius dederas bona, poſt meliora daturus:
Cuius apes paſcis melle fluente tuo.
Paſtor eráſque Dei natus, vel nomine teſte,
Ne rapienda lupis ſit pecus vlla, caue.



AD DOCTORVM AMANTISS. VIRVM D. Hieronymum, Burgensem Episcopum Chatalaunen.



Vnc tibi de nostris do qualemcumque laborem.
Quo ploro solitū sacra docere virū.
Nam te Burgensi, non est qui sacra docentes
Plus amet aut viuos, aut fleat exanimes.
Dignus erat certe lachrymis pius ille piorum
Espencæus, honor Parrisiæ cathedræ.
Huius nam iuuenis vrbs declamātis ab ore
Pendebat, scriptis nunc stupet acta senis.
Quæ sibi de variis solers vt apicula pratis
Collegit, morbo languidus & senio.
Et quia præcipuo fuerat tibi cognitus vsu,
Burgensi, eiusdem cultor erátque domus.
Cultor & eiusdem Lotaringi antistitis olim,
Gallica doctorum quem schola tota colit.
Illius in tumulum lachrymas inscripsimus istas;
Has tibi, & in nomen fleuimus ista tuum.
Carmine doctoris celebrantes funus amici,
Quod gratum, quamuis triste, duobus erit.

Vt tibi Burgensi, veteri sic eius alumno
In studiis sacris, ô Lotaringe tibi.
Cui nunc absentis de funere tristis amici
Nuncius absenti publica fama venit.
Cætera pauperibus qui cùm legauerit, vna
Excepta hæredi Bibliotheca tibi est.
In qua sacrorum cùm copia tanta librorum,
Non tamen illa satis quæ queat esse tibi.
Namque tibi ingenium gazis est talibus amplum,
Solus es in tales ambitiosus opes.
Seu tibi Remigij sacra exornetur vt ædes,
Seu schola gymnasiis æmula Sorbonicis.
Siue quòd optati tandem liberrimus oci,
Iucundè ponas nunc vbi tempus, habes.
Aurea sacrorum voluent monimenta librorum,
Docta Espencæi sæpe notata manu.
Vt, veluti viua iuuenem te voce docebat,
Sic eadem doceat mortua lingua senem.

IN CLAVDII ESPENCAEI, INSIGNIS theologi, Stranguriae morbo sublati, Tumulum.

DVm post exaustos studio flagrãte labores
Vita tibià puero quos studiosa dedit:
Rupta tibi assiduis post publica vocibus ædes
Per sacras, dum te conderet alta quies.
Non tamen extaret non fructus vt annuus eius,
Espencæe nouis tempus in omne libris.
Qui studiosorum communis morbus, arenis
Calculus inuasit te grauis ille suis.
Iámque molesta malo tibi cœperat esse lapillo
Terra, nouus cœli cùm tibi venit amor.
Quærere num quis inest animus conclusus in illo,
An tantum nulla mente mouetur onus.
Hoc magis vt posset visu tibi teste liquere,
In rem præsentem te Deus *ecce tulit.*
M*iror & ingenii tibi quòd vis tanta capacis*
Extiterit, cœli quæreret vt genium.
Quod mare, quod terras complectitur & breuis heu te
Calculus in terris stilláque parua necat

Quòd ſua cuíque pio ſi crux data, crux tua fœlix,
Gaudia quæ paruo ſumma dolore dedit.
Nam ſua vota Deus *præſens exaudiit, ꝛt te*
Ad *ſua iam nota duceret aſtra via,*
Iam niſi de cœlo nihil inter acerba loquentem
Tormina veſicæ ꝛix toleranda tuæ.
Quæ contemplanti vitam poſt fata beatam
In mentem ſtimulis nil potuêre ſuis:
Vt dolor exprimeret vocem morientis ab ore,
Quæ non digna foret ſacra docente viro.
Sed *ꝛiuentis erat quem lingua profeſſa fidelis,*
Hunc dominum moriẽs lingua profeſſa tua eſt.
Illius in laudes fauces vox vltima clauſit:
Felix, cui Dominus *vitáque mórſque ſuus.*



IN EIUSDEM TUMULUM EPITAPHIUM.

CLAVDIVS *Espencæus auis, & rebus auitis*
Diues, sed sacris ditior eloquiis.
Ingenio promptus, studio indefessus, & antè
Omnia, cui mentis vis memor atque tenax.
Cui declamanti variis nec copia rebus,
Nec variis verbis par fuit vlla viro.
Principibus charus, tamen ambitionis & aulæ
Contemptor, simplex presbyter esse tulit.
Ocia grata terens studiísque nouísque libellis,
Priuatúsque magis rege beatus erat.
Conuictu facilis, mensa sine sordibus, artis
Nullius ignarus, scripta quod ipsa probant.
Ludere quinetiam qui posset amabile carmen,
Qui res naturæ sciret & historias.
Felix forte senex, grauior nisi tot bona morbus
Interpellasset stillicidî miseri,
Quem tamen ille tulit constanti mente dolorem,

Scribens extremum mortis ad vſque diem.
Donec ſupremis tabulis, ſibi conſcius horæ
Supremæ, rebus ordine diſpoſitis,
Ex aſſe hæredem te, Chriſte, & ſcripſit egenos,
Dans curam lectis in bona cuncta viris,
Portano atque Thuano: omni integritate, fidéque
Qui poſtrema viri iuſſa rata efficiant.
His ita compoſitis, collegis cinctus amicis,
Perfunctus cunctis ritibus antè ſacris,
Amplexus inter Crucis exhalauit in auras
Felicem vt vita, ſic quoque morte animam.

Ad Reuerendiss. D. Cardinalem Ioeusium.

CArmina dum thalamis Ioeusi prospera fratris
Concinerem, retuli muneris inde nihil.
Nam labor assiduus quintáque diurnus ab hora
  Ad quintam, qua nox tunc reditura fuit.
Inter pictores sculptores inter & omnes
  Fecit ne possent præmia digna peti.
Fida sed ægrotum quæ me curabat egentem
  Me genitrix natæ contulit in gremium.
Tu Francisce tui cui gratia maxima fratris
  Cuius apud Regem gratia summa viget.
Si me vate fuit nupta iocosa iocoso
  Fac mea sit per eum nupta iocosa mihi.
Quos facies si quem tua frons mihi læta fauorem
  Ostendi posßit pondus habere suum.
Scilicet vt Regi fias pro me tibi supplice supplex
  Aurea vt Aurato sint data dona suo.

Anagrammatiſmus.
Ioannes Vincentius
In iuuene conſtans.

Semper ineſt ſenibus conſtantia maior in annis:
Sed contrà iuuenum córque capútque leue eſt.
At tuus ille parens, & tu (mirabile dictu)
Conſtans in iuuene es, ſicut & ille ſene.

IO. AVRATVS POETA REgius in arithmeticam Æmilij Denorry

Pondere, mensura, numero deus omnia fecit
Sed prior est numerus, nobiliórque tuum.
A teneris cuius qui non præceperit artem
Ad reliquas artes non habet ille gradum
Hanc vti perdiscat sine magno quisque labore
Aemilij dabit ars aemiliique liber.

Anagrammatimus.
GVILERMVS LINOCIERIVS
Cor leue, vigil in musis.

Tanta tibi est agilis leuitas, & tam vigil est cor
Ad Musas: quarum sunt monumenta libri:
Nomen vt inuersis, quod habes vtrúmque figuris
Arti conueniat Bibliopola tuæ.

FINIS.

IN ALTERVM VOLVMEN OPERVM D. AVRATI INDEX LOCVPLETISSIMVS.

FINIS.



